

Tota nova gloriæ glo. In pœstis Jr. x.
nova. v. s. v.
multa malit. solus glo. In. S. agitatio fu. aut. in
Judi. sine gg. suffrag. In. Di. illam
Impe est doctori cum culpa sedacq. ipm
glo. In aut. ut pudi. sine gg. suff. gl. op. e. t. f. s.
hac. d. p. st. f. f. de. f. y. in. v. o. m.

Real y medico.

QVAESTIO DE MATRI-

monio Serenissimæ Regine Anglie
nunq; includine subtilissimi Doctoris
Ioannis Scotti a itebac uersata,
et impræsentium ab R. P. ab
Fratre Petropaulo Cas. C. bim
zur pli porella ex Potentia audiob;
Ordinis Minorum in canonio diui Laurentij
Neapoli Regenti immerito excussa ad Ma
gnanum, ac Illustrissimum Sarnensium
unifixa est. Comitem. Quibus inveni
tum est. inquit complicitum. Et in
Pompej. obib; 18. prout. corde
ib; Antonij Blandi Cucharei disticte.

Quot dubias agitant sinuosa uolumina leges
Connubij, explicatas hic liber unus habet.



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

Aegide gorgoneo suffultus, & ense recurbo
Codicis obseruat linnia Mercurius. Iam
Iuppiter assistit penetralibus undiq; diuis
Septus, & e solio condita iura refert,
Ne dubites, tibi quisq; deū sua numina pr̄estat,
Cæsar & armato pectori pr̄abet opem,
Suscipe sopitos facti sub cortice diuos.
In gremio uiuet cælica turba tuo.

Eligi ex Regibus Panormij Dialogus
Author, & libellus.

Perge liber, quo nā sic. Perge sub aera, durū est,
Et timeo, quid nam blande libelle times?
Hinc miser Icareis exurar ab ignibus, illinc
Plæbei naſo Rhinocerontis agar.

Ne metue inuidiam, qui Tutailla retundet,
Igne nec arfum fæua Columna feret.

Antonij Blandi Cucharei Tetraſt.

Cernitur in facie speculi fulgentis imago,
Veraq; sub liquido fonte figura patet,
Sic liber & speculū, nitidissima fōtis & unda est,
Conceſſum clare ſic hymeneon habet.

MAGNANIMO AC ILLVST.
Sarnensium Principi Domino Hierony-
mo Tutailla Frater Petrus paulus
Caporella Potentinus Mino-
ritanus, ac Sancti Lau-
rentij Neapoli Re-
gens immeritus
S.D.



Em profecto grandem, & meis
humoris longe imparem efflagi-
taſti (Magnanime Princeps)
Quom supremā ſummi Pon-
tificis potestate, quatenus ad
Sereniſſimæ Anglorum reginæ cauſam ſpectat,
mihi calamo diſcutiendā impoſuisti, quod qui-
dem diu mecum diligenter cogitans tandem (ut
adagio dicitur) lupum auribus tenere quaſi ui-
ſus ſum, Timebam enim, ſi arroganter difficult-
atem hanc aggrederer, ne mihi, ueluti cornicu-
la, eueniret, quæ cum adulterinis fuſſet nudata
coloribus, cunctis (ut inquit Horatius) mouit ri-
dicula riſum. Quapropter excuſiſſem ego libe-
ter ab humero hanc ſarcinam, tum conſcius im-
becillitatis meæ, tū quia poſt tot, tantosq; uiros,



qui idem(ut aiunt) saxum uoluntarunt , aut superuacaneum, aut ignominiosum scribere putabam, pr̄fertim cum iussu sapientissimi Cardinalis, & proregis Pompei Colunz, apud quem florent literę, uigēt musæ, cuius studio, & industria Italia tota pace, & libertate gaudet, luculentissime tractata haec materia fuerit . Ardebam autem altera ex parte amore intenso, quo te quotidie prosequor, tibi in hac re summopere satisfacere, quo factū est, ut dubius animus, uelut inter duas molas, huc, atq; illuc impellatur. Verū enim uero tot immensa , ac innumerabilia tua erga me beneficia frequenter considerans, cum nihil ingrato homine omniparens terra genera re possit, quo Persæ, (quemadmodum & Xenophon asserit) nullum crimen uitio ingratitudinis grauius puniebant, malui temeritatis, & arrogantiæ notam incurtere, q; tuæ magnitudini , & amplissimæ liberalitati deficiendo ingratissimus appellari . Scio equidem has meas quantulas, cunq; elucubrationes sub tuo perspicuo nomine non parum bellas fieri, & quod arrogantia accusare posset, obsequium diligentissime purgabit. prodit igitur libellus meus sub tuo pr̄fido, uelut sub clypeo Hectoris, intrepidus, & alacer,

recordatus sub eodem duce s̄æpe pusillos, & meticulosos milites strenuos , & fortes euasisse. In quo quidem curiosam disputationem a te tā diu efflagitatum, e theologorum nobis erutam thesauris, & pr̄cipue ingeniosissimi nostræ militia principis Ioannis duns scoti, diuino numero perfeci. Accipe igitur læto, quo soles, animo hęc qualiacunq; minima ab eo, qui in futurum, si hęc grata fuisse senserit, maiora dicabit, sicut & seipsum dedit. Vale Neapoli, ex ædibus nr̄is Sancti Laurentij. Idibus dec̄bris. M.D.XXX.

Q uæstionis origo, & fundamentum.



Llustrissima Domina Catharina Ferdinandi hispaniarum Regis, & Helisabet filia Arcturo Henrici. VII. Anglorū Regis filio primogenito uoluntario assensu, indissolubili matrimonio parentum etiā mutu se iunxit. Arcturo igitur sine liberis decedente, ipsaq; ad secunda uota transire uolente, sapientum consilio Henricus nunc Anglia Rex fratris semen suscitare decreuit. Verū, quia affi-



nitatis uinculo impediēbatur, ideo super hoc a
Julio secundo Ponti. Max. dispensatiōem im-
petrauit, qua habita matrimonium cum prædi-
cta Illustr. D. Cath. carnali copula cum prolis
etiam nunc uiuentis susceptione consumauit.
Ex hoc igitur nūc oritur talis quæstio, an scilicet
cet prædictus Pontifex potuerit dispensare in
tali matrimonio primo gradu affinitatis prohi-
bito, ut absq; conscientiæ scrupulo fuerit, & sit
uerum matrimonium, & indissoluble, unde
merito queritur.

Vtrum Papa possit dispensare in pri-
mo gradu affinitatis, & primo argui-
tur, q; non, quia talis gradus est de
iure diuino, ergo Papa nō potest cir-
ca ipsum dispensare, consequentia patet, quia
Papa nō potest supra ius diuinum, aīs patet,
Leuitici. capite. 8. vbi dicitur, turpitudinem uxo-
ris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fra-
tris tui est. Item ibidem dicitur, & uxorem fra-
tris sui nullus accipiat, & capite. xx. dicitur, qui
duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam,
turpitudinem fratris sui reuelauit, & absq; filii
erit. hęc autē p̄cepta fuerunt ore altissimi data
Moysi, & sic sunt de iure diuino, ergo etc. ¶ In
contrariū arguitur, quia disp̄latur in primo gra-
du cōsanguinitatis, ergo multo fortius in primo
gradu affinitatis, oīsequētia patet p Philosophū
in topicis, a minori ad maius affirmatiue, aīs
patet genes. 4. ca. de Chain, qui accepit sororem
suam in uxorem, ergo etc.

Et cōfirinat, q; theologi diciūt, ista prohibitio nō
ē, nisi ex statuto Ecclesiæ illegitimatis psonas, er-
go Papa potest, cū sit de iure positivo humāo.

In quæstione ista erunt tres articuli. ¶ Pri-
mus terminorum declaratiuus. ¶ Secundus

B



Questionis determinatius , simul & dubiorū solutiūs. ¶ Tertius ad rationes principales responsiūs. ¶ Quātum ad primum liquet, quid Papa sit , est enim summus hierarcha in hierarchia ecclesiastica, & ex consequenti supremus inter omnes tam seculares, q̄ ecclesiasticos, habens in tali ordine plenitudinē potestatis immediate a deo sibi concessam, sicut patet de beato Petro matthe. 16. cap. hoc autem congruit rationi naturali, nāatura enim dicitur, q̄ sit unus Princeps, a quo cælum, & tota natura dependeat , ut patet. 12. met. textu. co. 38. & primo de cælo tex. com. 100. si ergo deus constituit Vicarium suū in terris, rationabile est, q̄ ab ipso dependeat tota Ecclesia, gerit enim in terris uicem nō puri hominis, sed dei, qui est in cælis, de cuius potestate disputare, nisi ad eius declarationem, forte crimen est maiestatis etc.

Possib⁹. ¶ Secundus terminus est possit, possibile autē, le quo, seu potentia secundum Sco. dist. 7. primi & dist. duplex sit 2. questione. 7. diuiditur in logicum, physicū , & metaphysicum, unde possibile logicum est compositio facta ab intellectu, non includens terminorum repugnantiam , de quo Philos. loquitur. 5. met. te. com. 17. & secundum hoc nihil

aliud esset querere, nisi utrum hæc cōpositio. s. Papa dispensat in primo gradu affi. sit uera nō includens repugnantiam, & contradictionē. Physicū autē, & metaphys. non sunt ad propositū & licet hæc declaratio bona sit, in proposito tamen loquimur hic de potestate, & facultate Papæ, ut est autoritas quādam sibi a deo tributa, vnde potestas ista (secundū doctrinā Scoti) potest capi pro formalī, & sic non est nisi una relatio rationis, nā Papa post, q̄ effectus est Papa, nihil reale habet , seu acquirit , quod prius non potest. habuerit, ut patet. Potest etiam capi pro materiali, & sic potestas ista actiua nō est, nisi eius uoluntas mediante recta ratione cōformiter agēs ad legem dei secundum leges , & regulas eius, querere ergo utrum possit, non est querere, nisi, utrum Authoritas eius possit se extendere ad talem gradum sic, q̄ diuinæ legi non repugnet. ¶ Tertius terminus est, dispensare, unde dispense. Dispensare non est, nisi diuersa pensare, quoniam qui dispensat, omnia pensare debet, quæ sunt necessaria, ut illa dispensatio recta sit , unde secundum Scoti in. 4 dist. 33. q. 1. dispensatio est iuris declaratio, vel iuris reuocatio, querere ergo, an possit dispense, est querere, an possit legē declarare, vel

Bij



an possit legē reuocare in casu sic, q̄ illud quod
fit, nō sit cōtra legē dei, ut magis patebit infra.
Gradus ¶ Quartus terminus est gradus unde secundū
quid sit. Scotū in. 4. dist. 40.) non est, nisi quedam deter-
minata propinquitas personæ ad personam se-
cundum consanguinitatem, uel affinitatem, sed
hoc clarius in quinto termino.

Affinitas ¶ Quintus terminus est affinitas. unde secun-
dū Sco. in. 4. dist. 41.) affinitas est uinculum quod
dam personæ ad personam aliquam ex carnali
copula cum persona alteri consanguinea contra-
etum, dico ex carnali copula, qm̄ affinitas cōtra-
hitur per omnem coitum, in quo est commixtio
seminum, & ideo, ne dum cum uxore, sed etiam
cum meretrice, & concubina affinitas contrahis-
tur, sine tamen carnali copula non erit affinitas,
nisi large extendendo nomen affinitatis. ¶ Di-
citur cum persona alteri consanguinea, quoniā
affinitas non fit inter uirum, & uxorem, tunc n.
non possent matrimonialiter cognosci, Ratio
uero est, quia nullus sibi ipsi est cōsanguineus,
affinitas autē contrahitur mediante consanguini-
tate, ideo inter uirum, & uxorem non est affi-
nitatis, nec uxor ipsa attinet ad ipsum uirum ali-
quo genere attinentiæ, quæ carnalem copulam

inter ipsos impedit, cum matrimonium ordi-
natum sit ad prolis procreationē, quæ sine car-
nali copula fieri non potest, vel si tenere uelle-
mus, quod inter uirum, & uxorem contrahere-
tur affinitas, nō tamen prohiberet, matrimoniuū
quoniam sequitur ipsum, sicut effectus suā cau-
sam, ideo non impediret matrimonium p̄ce-
dens, sed bene matrimonium sequens, secundū
Sco. ubi supra. causatur ergo affinitas inter uirū,
& omnes consanguineos uxoris, & econuerso, &
inde dicitur affinitas, quasi ad finitatem, quia
duæ cognationes, quæ erant diuersæ, accedunt
per matrimonium una ad fines alterius. s. ad cō-
sanguineos. ¶ Dicitur etiam, cum persona alte-
ri consanguinea, quia affinitas necessario p̄sup-
ponit consanguinitatem, qua mediante contra-
hitur, nam affinitas, p̄ter consanguinitatem, ad
dit carnalem commixtionem. ideo (secundum
Bonauent.) ex his duobus, consanguinitate scili-
cet, & carnali cōmixtione: causatur, ad istum sen-
sum, q̄ personæ, quæ commiscentur carnaliter,
non sint consanguineæ. ideo aliqui dicūt, q̄ affi-
nitatis est uinculum, & proximitas personarum
omni parentela carentium, & sic patet, q̄ affini-
tas necessario cōsanguinitatem p̄supponit, ra-



tio quidem est, quia consanguinitas est uinculum per se, affinitas autem per accidens, sed, quia omne per accidens habet reduci ad perse, ut dicit, Phil. 2. phy. te. com . 66. ideo affinitas consanguinitatem necessario presupponit.

Affinitatis tria genera.

¶ Secundo est hic notandum, q(secundū theologos) tria sunt affinitatis genera, primū genus causatur ex carnali copula mediante consanguinitate, secundum genus causatur ex carnali copula mediante affinitate, tertiu uero genus causatur ex utroq; ut inquit Riccardus in. 4. dist. 41. q. 4. & ista tria genera sic olim se habebant, q(impediabant matrimonium, sed modo remansit tantum primum genus, cetera uero per Pontifices reuocata fuerūt, & quidem rationabiliter, quia, ut inquit beatus Thom. in. 4. si olim impediebant, hoc non erat propter affinitatem, cum illa duo genera deficiāt a uera affinitate, & ideo uidetur aliud genus attinentiae, unde dicitur, q(mutat nupta genus, sed generata gradum, sed erant prohibita magis propter publicx honestatis iustitiam, sicut illa attinentia, quæ contrahitur solum ex sponsalibus. secundo, quia frequenter difficultatem nubendi, & periculum animorum inducebant, ne igitur fieret illaqueatio ani-

marū rationabiliter Ecclesia illa reuocauit. Quare relinquitur, q(tantum de primo genere affinitatis propriæ dictæ loquuti fuimus in diffinitione superius data secundum Sco.

¶ Tertio notandū, q(licet semper ex cōmixtione carnali debita contrahatur affinitas, non tam in eodem gradu respectu illorum, quorum dicitur affinitas, & ideo habet gradus, sicut & ipsa consanguinitas, unde adhoc cognoscendum ponit Sco. in. 4. dist. 41 regulam unam, quæ talis est, q(quo gradu consanguinitatis aliquis distat ab alio, toto gradu affinitatis distat ab eodē illa, quæ est ab isto carnaliter cognita, & sic (secundum Scotū) affinitatis gradus mensurari debent secundum gradus consanguinitatis, & ratio potest esse, quia (ut dictum est) affinitas est uinculum per accidens, & ideo habet reduci ad consanguinitatem, quæ est uinculum per se, & ideo diffusio, & descensus affinitatis secundum ueritatem attenditur secundum consanguinitatem, & sic, sicut quattuor sunt gradus inclusiue prohibiti in consanguinitate, sic etiam & quattuor erūt in affinitate proprie dicta secundum Scotum.

¶ Sensus ergo quæsiti est, utrum Papa possit, idest, sensus q(an habeat facultatem, & potestatem in primo siti,



gradu affinitatis proprie dictæ dispensandi. i. uel declarandi sic, q̄ in aliquo casu non repugnet statuto factō, uel omnino reuocandi statutum tale, & legem talē, q̄ amplius, & de cetero nō ualeat, & utroq; modo sensus potest bene adaptari ad questionem etc.

¶ Quantum ad secundum articulum principalem duo sunt uidenda, primo ad quam legem pertineat hæc prohibitio, & secundo determinare ueritatem questionis. quantum ad primum ad hoc duo sunt uidenda, primo quotuplex est ista lex, secundo, an Papa circa illas dispensare possit.

¶ Quo ergo ad primum dico, q̄ quatruplicet lex. s. naturæ, Moisi, gratiæ, & humana.

¶ Lex naturæ (secundum Alexandrum deales) duplex est, vna, quæ dicitur prima regula exemplaris, quæ non est, nisi prima ueritas, & ista dicitur lex cæterna, quæ non uideatur esse, nisi uoluntas diuina, secundum August. 22. cōtra Faustum dicet. lex cæterna est mēs diuina, seu uoluntas ordinem naturalem seruari iubēs, turbari uetans: & primo de libero arbitrio ait. lex cæterna est summa ratio, cui semper obtemperandum est, ex quo patet: q̄ sicut uoluntas diuina est simpliciter prima causa in genere causæ efficiētis

cientis

ciētis (ut probat Scotus in primo. d. 2. q. 1. quia in causis non est processus in infinitum, ut patet. 2. metaphy. t. c. 5.) sic ipsa est lex simpliciter prima in genere legis obligati. Quare sequitur, q̄ sicut nulla causa secunda potest agere ipsa non agente (ut etiam dicunt philosophi, quia secundæ causæ in agendo dependent a prima, immo non agunt nisi, sicut prima, ut probat Scotus ubi supra) sic nulla lex potest obligare ipsa non obligante. Ex quo potest aliqualiter patere solutio ad unum quæsitum, quod solent theologi querere, an. s. Papa possit obligare nos ad peccatum mortale: sed de hoc alias, cum nō sit presentis speculationis, & alterius negotii, & de ista non loquimur hic. Alia est, quæ dicitur secunda regula, & ista est lex naturalis, quæ (secundum Alexandrum, & diuum Tho. 33. dist. 4. & alios doctores) non est, nisi quædam naturalis inclinatio, seu lumen quoddam naturale homini naturaliter inditum, quo dirigitur ad conuenienter agendum in actionibus propriis, de quo loquebatur David in psalmo. 4. cū dicebat. signatum est super nos lumen uultus tui domine, etc. & ista lex est eadem apud omnes, sicut Philosophus dicit. s. ethi. apud omnes dico

C



bene dispositos secundū naturā. vnde correlarie sequitur , q̄ lex ista naturalis non est increata, sed concreata homini a primā sua creatione a summo conditore. Et hoc forte uoluit dicere Tullius in fine ueterū rethoricorū, cū dixit. Ius naturē est, quod non opinio genuit, sed quædā innata uis inseruit, sic etiā in libro de legibus, q̄ lex ē ratio insita a natura, quæ iubet, quæ sunt facienda, prohibetq; contraria, secundum quam legem loquebatur Aug. dicens. Ad appetendam beatitudinem natura ipsa compellit, cui summe bonus, & incommutabilis beatus Creator hoc indidit.

C Sequitur secundo: q̄ lex ista realiter eadem est cum homine, quia omnis naturalis inclinatio eadem est realiter cum illo , cuius est, secundū Sco.in.3.dist.17.&.4.dist.49.q.9.

C Sequitur tertio, q̄ hic loquimur de lege naturæ maxime proprie, & strictissime, ut ipsa con Lex na- uenit homini. Pro quo est notādum, q; lex na- turæ du- turę pōt capi tripliciter , uno mō cōmuniſſime, pliciter & sic competit omnibus tam sensibilibus, q̄ in- api po- sensibilibus, rationalibus, & irrationalibus, in quantum scilicet operantur solo instinctu na- turæ nullam presupponendo in semetipsis co-

gnitiouē, eo modo, quo dicitur ab Auerroe. 12. met. com. 13. q̄ opus naturæ est opus intelligentie non errantis, sic enim non requiritur, q̄ cognoscant, quoniam ab alio cognoscente dirigūtur (ut philosophi dicunt) & sic, ut quidam dicunt, concordia omnium rerum pertinet ad legē talē cōmuniſſime, & uniuersaliſſime captā, quoniam sic inuenitur in omnibus rebus, & de tali forte loquebatur Plato in Timō , dum dixit vnum elementum non posse esse sine alio, cum ordinem maximum, proportionēq; habeant, in quo ordine Philos. 12. met . t. c . ult . uniuersi perfectionem posuit , hinc recte August. dixit, q̄ iudicium diuinę largitatis est, q̄ quælibet creatura compellitur dare seipſam, etc.

C Secundo modo capitur proprie, ut est ratio quædam, secundum quam ipsa entia agunt , & operantur, ne dum instinctu naturæ, sed etiam cognitione, eo modo, quo ipsa bruta agunt , & talis lex magis(secundum diuum Tho.) debet dici extimatio naturalis, q̄ lex, quoniam(secundū Sco.in primo dist.1.q.5.) bruta ipsa uia naturæ impelluntur ad operandum, unde Dama.dicit, q̄ ducuntur, & non ducunt, ideo non regulātur pprio arbitrio, inde dicit Sco.prima dist.primi

C i j



q.s. q appetitus sensitius similatur ferro quia
si Adamanti infixo ut Adamantis attracto.

¶ Tertio modo capitur propriissime, ut conuenit agenti cum cognitione, & electione, & isto modo loquimur hic.

¶ Verum est tamen, q ista triplex acceptio iuris naturalis potest etiam conuenire homini, unde secundum primam acceptiōem conuenit homini naturaliter tendere in locum propriū, & quietem sibi conuenientem. Item & resistere contrario, & huius.

¶ Sed secundum secundam acceptiōem, conuenit homini propulsare iniuriā, appetere bona delectabilia, fugere mala, tristitia, procreare, educare, sc̄eminis commisceri, tueri salutē, perpetuari, quia unumquodq; (secundum Philos. phū. 2. de anima te. 34. & 2. celi. t. c. 64.) appetit esse, & diuinum esse.

¶ Secundum uero tertiam acceptiōem conuenit homini colere Deum, salutē patriæ quare, bonum cōmune tueri, & augere, iniuriam cum ratione propulsare, homini non insidiari, & tandem alteri non facere, quod sibi nollet fieri, & ecōuerso, & hoc est, quod diuus Tho. dix. 33. & 36. dist. 4. & parte tertia .q. 65. ar. primo, q

quædam consequantur rem ratione sui generis, quædam uero ratione speciei, & ista satis patet, loquimur ergo hic de lege naturali tertio modo tantum, ut supra dictum est. Sequitur .4. q lex ista naturalis non est ipsi uiatori lex perfectissima, patet, quia si sit, tunc sequeretur, q uiator ex puris naturalibus sine fide posset omnia, ad quæ tenetur, perfectissime cognoscere, & adimplere, quod est falsum, & contra Paulum ad Hebr̄. ii. sine fide impossibile ē placere Deo, tunc etiam doctrina theologica non fuisset nobis necessaria diuinitus dari cōtra omnes theologos, ut optime Scotus prima. q. prologi deducit, & hoc est, quod Baruch. 3. cap. dicitur. hic est deus noster, & non estimabitnr alius aduersus illum, hic adiuuenit omnem uiam disciplinæ, & tradidit eam Iacob filio suo, & Israel dilecto suo, post hęc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est, etc. ex quibus uerbis apparet nobis necessitas supernaturalis doctrinę.

¶ Sequitur quinto, q lex ista est indelebilis ab Lex naturali, cum sit realiter eadem cum homine, ut turalis in dictum est.

¶ Verum notandum est secundum Alexandrū est. tertia parte summę. q. 27. q aliquid esse deleibile



stat dupliciter, uno modo secundū essentiā, alio modo secundum effectum, primo modo lex naturalis est indelebilis, sicut patet per August. 9. de trinitate ca. 3. secundo modo bene est delebilis, sicut per exem. patet in Sole, quādo eclipsatur, ubi lux non deficit in se, & quantum ad essentiam, sed bene quantum ad effectum, qui est illuminare ista inferiora, sic de lege naturali, quæ est, sicut Sol, in nobis, nō deficit quantum ad essentiam in se, sed quantum ad effectū, puta quando homo auertitur a deo, & obtenebratur per peccatum.

Lex na'
turæ a d
quid per
tinet. **C** Si autem quæratur, an lex ista naturalis in homine pertineat ad intellectum, an ad uoluntatē? Respōdeo, q̄ est utriusq; nā in intellectu est quādam naturalis inclinatio ad assentiendum uero, quoniam (ut inquit Sco. in primo dist. 1. q. 1. ad tertium) intellectus assentit uero secundū evidenriam ueri, & magis uero magis assentit, similiter in uoluntate (quæ est uirtus appetitiua, secundum philosophum. 9. met. te. com. 10.) est quādam naturalis inclinatio ad affectiōem boni, & ista naturalis inclinatio in utraq; potentia dicit lex naturalis, sunt. n. potētiæ subordinatæ secūdū Sco. 3. dist. primi. q. 3. & alterius generis,

habentes idem obm̄, & sub eadem ratione formalis, quātū est ex parte obiecti, ideo dicit Alexander ubi supra, q̄ lex ista respectu intellectus dicitur quasi illuminans rationem, undæ dicitur lex a legendō, quasi in ea legat intellectus, etiam dicitur quasi ligans, & arctans, & inclinās intellectum ad ueritatem, sed respectu uolūtatis dicitur quasi ad bonum instigans.

C Vbi nota, q̄ lex ista naturalis, secundū Sco. Lex na' in. 3. & 4. dist. 26. post quintam conclusionem, & turc non secundum Tho. 33. dist. 4. q. 1. ar. 2. non fuit uer. fuit scribo, aut literis scripta, nec ei⁹ præcepta, cū pauca pta. fuerint, sed tantum cordibus hominū a summo conditore impressa.

C Secunda lex est scripta, seu lex Moysi, quæ, Secunda si stetisset status innocentiae, forte nō fuisset ne lex. cessaria, sed, quia per peccatum primi parentis tota natura in ipso corrupta fuit, in quo erat tamq; in radice (ut dicit .Sco. in .2.) ideo oportuit illam dari, nam q̄uis homines tunc uterentur isto iure naturali, non tamen cū illa ratiōe, qua debebat, ratio, quia in illo naufragio amissa iustitia originali uires sensitiue factæ fuerunt rebelles rationi, unde anima in totum non poterat, nec etiam potest sine maxima difficultate



illas cohercere, nā(ut inquit Sco.in.2. dist.26.)
uoluntas coniuncta appetitui sensituo nata est
condelectari sibi, sicut intellectus cōiunctus sen-
sui natus est intelligere sensibilia , & si talis uo-
luntas multis appetitibus sensituis cōiungitur,
nata est condelectari omnibus illis, & ita non tā-
tum illum appetitum nō potest retrahere a suo
delectabili, sed nec etiam se ipsum homo uide-
tur posse retrahere sine difficultate a condele-
ctando illi appetitui, patuit hoc in ipso Cain,
qui fratre suū interfecit, genes. 4 ca. vnde, quan-
to magis homines multiplicabantur, eo magis
ab illo primo principio, & a uera ratione rece-
debat, crescebatq; iniquitas, & homines appeti-
tu non regulato a ratione uiuebāt: & forte hoc
uoluit Tullius dicere in principio rethoricorū
ueterum dicens, q̄ fuit quoddam tempus, cum
in agris homines passim bestiarum more uaga-
bantur, & sibi uictu ferito uitam procurabant,
nec ratiōe animi quicq; sed pleraq; iuribus cor-
poris administrabant, propter peccatum enim
in homine tunc, sicuti & nunc, lex concupiscen-
tiæ, & fomitis remansit, Deus autē misertus na-
turæ humānæ uoluit hanc legem scriptam dare
Moisi, & toti populo israelitico , primo ut di-
cit

Alexan.3. parte suminæ) in adiutorium legis na- Lex scri-
ture, secundo in arctationem legis concupiscē pta pro-
tiæ, & fomitis. tertio ad figurandam legem graꝝ pter qđ
tiç, & euangelii, erant enim in illo populo tria data sit.
hominum genera, nam quidam erant duri ca-
pitis, quidam autē insipientes, & quidam erant
perfecti, & iusti, ideo dicit August. q̄ lex ista fuit
data duris in flagellum, & in onus, nam multa
erant in tali lege, quę ad literam intelligendo
nō habebāt causam suę institutionis, nisi onus,
& flagellum, sicut erat non comedere car-
nes porcinas, quantum ad literam non habet
causam institutionis, cū caro illa bona sit, sicut
alic, quę non prohibebantur, quoniam dicitur
gen.i.cap. & uidit Deus cuncta, quę fecerat, &
erant ualde bona, ideo institutio fuit in onus, &
flagellum, quia erant duri capitis, licet secundū
moralitatem habeat causam propter gulosita-
té, & immunditiā, etc. insipientibus, & rudibus
in pedagogum, sed iustis fuit data in signum fu-
turę gratiç, nam lex Moisi includit legem na-
turalem per explicationem in moralibus, inclu-
dit etiam legē gratiç per significationem in ce-
rimonialibus, & obseruationem in moralibus,
& hoc fuit significatum Ezechiel . primo cap.

D



quando uidit rotam in medio rotæ , per quod
dabatur intelligi, q̄ nouum testamentum cōti-
netur in ueteri maxime , quantum ad illa , sine
quibus non est salus, & ideo dicitur necessaria
quantum ad moralia, & utilis quantum ad ceri-
monalia, & figuralia.

Diuisio legis. **C**uiditur autem lex ista in quattuor partes
seu libros s. in legales, historiales, sapientiales, &
p̄phetales. Legales libri sunt quinq; libri Mo-
ysi, qui pentateucus appellat, ut sunt *Genesis*,
Exodus, *Leuiticus*, *Numeri*, & *Deutoronomiū*,
in quibus sunt scripta præcepta, & mandata in-
ducentia ab bonum, & retrahentia a malo.

Clara autē præcepta in tria diuiduntur , nam
quædam sunt moralia , quædam ceremonialia,
& quædam iudicialia. Moralia sunt illa, quæ per-
tinent ad mores respectu Dei, & proximi, sine
quibus homines non possent ad inuicem con-
uersari, nec conuenire, & hinc moralia dicūtur,
& ista fuerunt decē, quæ in duabus tabulis data
fuerunt Moysi, tria in prima tabula, & septem
in secunda tabula, ut patet *Deuter. ca. 5. & Exo.*
ca. 20.

Cludiciale autem erāt multa, sicut de lapidā-
do blasphemō, & adultera , dando oculum pro

oculo, & huiusmodi, ut patet *Leui. ca. 20. & Exo.*
ca. 21. Ista autem iudicialia fuerunt data ad cor-
rectionem, & punitionem transgressorū.

C Sed ceremonialia erant in magno numero,
sicut de circuncidendo, *Leui. ca. 12.* de offerendo
se ter in anno in Hierusalē *Exo. ca. 23.* de asper-
sionibus, & oblationibus, lotione manuum, sim-
briis uestimentorum, purificatione mulierum, &
circuncisione infantium , de quibus omnibus
genes. ca. 17. Numeri ca. 15. & fere in toto libro
Leuitico, unde August. ad inquisitionē Januarii
dicit, q̄ Rabbi Moyses enumerauit plus, q̄ sex-
cēta p̄cepta, unde patet, q̄ lex ista grauior fuit,
q̄ lex gratiæ, & euāgelica, ut dicit *Sco. in. 3.* dist.
ultima, propterea Dominus dixit. *Iugū meum*
suaue est, & ideo lex illa dicebatur lex poenæ, lex
timoris, & lex seruitutis, penæ quidem, quia oc-
cidens, timoris, quia difficilis, & seruitutis, quia
magna onera habebat.

Libri historiales sunt decem. s. *Iosue*, *Iudicum*,
Ruth, quattuor libri regum, *Paralipomenon*,
Hesdra, *Thobias*, *Iudith*, *Hester*, *Iob*, & *Macha-*
beorum libri.

Libri sapiētiales sunt quinq;. s. *Parabolæ*, seu p̄/
uerbia Salomonis, *Ecclesiastes*, *Cática*, *Sapiētia*,
& *Ecclesiasticus.*

D i j



Libri prophetales sunt sex scilicet Ysaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Psalterium, & libri tredecim prophetarum, ut sunt, Oseas, Iohel, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Naum, Abacuh, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, & Baruch, & sic patet ueteris legis diuisio, & summatim declaratio. hec igitur lex durauit a tempore Mosi usq; ad mortem ueri Messiae, in qua omnia consumata fuerunt, huic legi Christus fuit obediens, quousque uixit, & eam impleuit, ut dicitur Matth. 5.c. non ueni soluere legem, sed adimplere, impleuit autem ipsam quadrupliciter, primo quia reddidit promissa, promiserat enim Abraham, quod daret ei terram promissionis, id est, terram uiuentium, & hoc impleuit, quando per resurrectionem, & ascensionem suam electos introduxit in terram uiuentium. Secundo impleuit, quia omnibus umbbris ueritatem exhibuit, ut sacrificiis legalibus, quae faciebant de animalibus, quando seipsum in ara crucis obtulit, nam ipse per omnes illas hostias significabatur. circuncisioni, quando, nondum in membris circucidit in spe, sed etiam in re. Sabbato literali, quando suis sabbatismum eternitatis tribuit. Tertio impleuit, quia moralibus preceptis cumulum perfectionis addidit

dicens, diligite inimicos vestros, etc. Quarto impleuit, quando aperitatem iudiciorum legalium temperauit mutans aquam legis in uinum euangelicum dulcedinis, quod significauit in nuptiis Iohannis. 2.c. temperauit quidem per uiam misericordie, sed in morte Christi, quia noua lex, & perfectior succedere debebat, ideo omnia, prater moralia, cum Christo crucifigi, & sepeliri, & mori debebant, nec tamen cum illo resurrexerunt, hinc patet Christianos sabbatum non custodientes benefacere, etc.

Tertia lex est euangelica a Christo legis latore, Tertia & mudi Saluatore nobis data, cuius necessitas lex. appetet primo ex uoluntate Dei sic ab eterno ordinantis se daturum talem legem, unde & prophetæ spiritu sancto illustrati per tempora predixere Deum daturum legem talem, nam Esaias. 2.c. dicitur, & erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini supra uerticem montium, & eleuabitur super omnes colles, & fluet ad eum omnes gentes, etc. & Hierem. 31.c. dicit. Ecce dies uenient, dicit dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda foedus nouum non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris in die, qua eduxi eos de terra Aegypti, pactum,



quod irritum fecerunt, sed hoc erit pactū, quod faciam cum domo Israel post dies illos, dicit dominus, dabo legem in uisceribus eorū, & in corde eorum scribā eam, etc. sic etiā patet Danie. 9.c. ubi dicitur, q̄ post. 72. hebdomadas occidet Christus, & deficiet hostia, & sacrificium, & non erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus cū Duce uenturo, & finis eius uastitas, & post fine belli perseverabit desolatio, etc. ex q̄bus uerbis patet legem Mosi defecturā, unde & noua succedere debebat. Secūdo apparet ex ratione maioris perfectionis, quoniam hæc lex est ultima, ut patet Matth. 26.c. improcessu autē de imperfe^tto ad perfectū (ut inquit Scotus in. 2.d. 4.q.1.) posteriora sunt perfectiora, iuxta illud Philos. 8.phil.t.c. 58. & 9.meta.t.c. 15. posteriora generatione sunt priora perfectione, tum etiam, quia est proxima perfectissimo statui finalis beatitudinis, ergo est perfecta, quia. 5. meta.t.c. 16. primū est, qđ est primo principio p̄pinquijs, sed nō est prior tempore, ergo perfectione, tum deniq̄ q̄a (ut inqt Paulus ad Hebræ. 7.c.) lex illa neminē ad perfectum duxit, sicut lex gratiæ, primo, quia nemini ostendit uiam perfectionis, quia in illa.

non erant consilia, secundo, quia, ut in plur. lus, secundum generalem statum suum illa lex implebatur ex amore seruili, qui non est perfecto, sum, sed incipientium, tertio, quia lex illa etiā spiritualiter impleta ante incarnationem neminem penitus absoluēbat a poena, & a culpa, sicut patet de sanctis patribus, qui etiam descēdebant ad Limbum, seu ad inferos, uerum circa ipsam non oportet satis immorari, solum notandum est, q̄ diuiditur, sicuti uetus testamentum, in quattuor, unde libri legales sunt libri. 4. euangelistarum, in quibus continetur tota lex noua a Christo traddita.

Libri historiales sunt Actus apostolorū, in quibus res gestæ per Christi apostolos declarantur. Libri sapientiales sunt apłae apostolorum, in quibus sapientia nouæ legis per exempla, & precepta tradditur.

Libri prophetales, ut ē liber Apocalypsis Ioānis, in quo status futurus Ecclesiæ Christi prædicit, qui tot habet mystera, quot uerba secundum Hieronymum.

Libri legales in lege ueteri continebant tria. s. moralia, iudicia & ceremonialia. moralia in lege nostra sunt illa decem, sicut in lege ueteri,



Illa enim non fuerunt mutata, quoniā nullius erant sigura, Iudicialia autē sunt euacuata, & non sunt, nisi ut legis latores declarant, ceremonialia autē in paruo numero remanserunt, quia tantum habemus septem sacramenta.

Ideo lex ista dicitur lex gratiæ spiritualis, uiuificas amoris, libertatis, & facilitatis.

Contra Correlatio sequitur ex predictis, q̄ male faciūt malos p̄. Prælati imponentes onera multa, & grauia humeris subditorum, quæ tamen digito suo leuare nolunt, sic enim non erit lex facilitatis, & ideo aduertant Prælati, quod Petrus apostolorum princeps in actibus apost. ca. 15. nūc ergo, inquit, quid tentatis Deum imponere iugum super eceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus, sed per gratiam domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi, etc.

Quarta & ultima lex est humana, sicuti ius ciuile, & ius canonicum, & ista lex in tantum est bona (ut dicūt Sco. & Ricardus in. 4.) in quantum deriuatur a lege naturæ, & diuina, & circa hāc nō oportet satis immorari, hæc de primo articulo.

Secundus Quantum ad secundum articulū minus principiū cipalem, an. s. Papa dispensare possit circa prædictas

leges, primo dicam de lege nature, & pro maiori noticia præmitto (secundum Sco. 37. dist. 3. & 17. & 33. distin. 4.) q̄ aliquid dicitur esse de lege naturæ duplicitate, uno mō strictissime, & proprie, alio mō cōmuniter, primo mō adhuc duplicitate, uno mō tanq̄ prima principia practica nota lumine rōnis naturalis, seu nota ex terminis, sicut in speculabilibus primū principiū est notum ex terminis, sicut dicitur primo Post. te. co. 6. q̄ principia cognoscimus, inquantū terminos cognoscimus, & talia principia sunt indemostrabili ex. 8. Phy. & primo Poste. te. com. 23. & sic in tali gradu est primum principium practicum notū ex terminis, sicut quod bonū est faciēdū, & malum fugiendum, uel quod summum bonum est amandum, ista. n. nota sunt ex terminis, unde dicūt ista in practicis, sicut in speculatiis, Axiomata, seu communes animi conceptiones, ut Boe. ait, seu dignitates, ut Primo poster. te. com. 5.

¶ Secundo mō primi mēbri tamq̄ cōclusiones necessario sequentes ex talibus principiis, & ex eis euidenter deducētæ, uel deducibiles ex illis principiis, quæ sunt per se nota.

¶ Secundo modo aliquid dicitur esse de lege

E



naturę communiter , & extensiue, sic s. q. est multum consonum legi naturę(liset nō sequatur necessario ex principiis practicis , quę uere sunt de lege naturę)intantum, q statim notum est omnibus illud esse consonum, & conuenire tali legi naturę, & talia sunt omnia uera practica, seu cōclusiones, quę omni intellectui apprēhendenti sunt notę ex terminis conuenire tali legi, sicut sunt præcepta secundę tabulę.

Ex quo sequitur , q Gratianus dicendo, q omnia, quę sunt ueteris , uel noui testamenti, sunt de lege naturę, non recte sentit , quia nec illa oīa sunt principia practica nota ex terminis, nec conclusiones ex illis principiis necessario sequentes, nec uera euidenter consona talibus principiis, & conclusionibus , nisi forte ipse capiat ius naturale, sicut loquitur Isidorus (ut inquit diuus Tho.33.dist.q.1.ad quartum argumentū)pro iure positivo, ut est ab Authore naturę, & sic omnia talia sunt de lege naturę, qā sunt ab ipso Deo, & sic bñ dicit, ut inquit Sco. 17.4.aliter non,etc.

Tunc isto præmisso dico secundum Sco . ubi supra, q in his, quę sunt de lege naturę primo mō, nulla cadit dispēsatio, & ideo eius oppositū

semper est peccatum, sed talia sunt immutabilia tam secundum potentiam creaturę, q etiā Dei, & semper eodem modo se habent, & ratio est, qā, que sunt uera ex terminis, siue consequētia ex talibus ueris necessariis, sicut sunt conclusio-nes , præcedunt omnem actum uoluntatis etiā diuinę, quoniam eorum conformitas, & ueritas oritur necessario ex natura extremorum, ex sep-tima q. quolibeti, & 14.q. eiusdem , unde talia habent suam ueritatem etiam per impossibile circum scripto omni uelle, ut patet 3.distin.pri-mi.q. 4.propter quod uoluntas diuina(ut inq̄t Sco.39.distin.primi,&.14.q.quoli.)nō determi-nat de necessariis, sed de cōtingentibus. Quare patet sīm Sco. cui etiā cōsentit Gulielmus An-tisiodorēsis in suo tertio tractatu. 7.q.5.q circa talia de lege naturę nō cadit dispēsatio aliqua. Sed circa illa, quę sunt de lege naturę secundo modo communiter, & extensiue.d. Sco.q bene cadit dispensatio , & hoc in casu, quando sc̄i licet recta ratio dictaret legem illam reuocandā, sicut quando ex dispensatione, & reuocatione illius legis seq̄tur maius bonū, q ex obseruatiōe illius legis, sicuti multiplicatio prolis in ordine ad cultum diuinum est melior, q paucitas, & ex

Eij



hoc in lege antiqua fuerunt concessæ plures uxores uni, ut patet de Jacob. gene. 29. & 30. ca. Dispensatio. Verum notandum secundum Sco. q[uod] duplex est fatio duorum dispensatio, ut diximus supra, una, quæ dicitur plex. iuris reuocatio, & alia, quæ dicitur iuris declaratio. quantum ad primam dico, q[uod] Papa non potest dispensare reuocando, unde non potest facere, q[uod] illa, quæ sunt præcepta naturæ, non sint præcepta, non enim reuocare posset, q[uod] homo simpli citer Deum non colat, & q[uod] non faciat bonum, nec malum refugiat, & huiusmodi.

Quid Papa potest. ¶ Sed loquendo de secunda dispensatiōe, quæ est iuris declaratio, dico, q[uod] Papa bene potest dispenses, potest enim declarare præcepta illa, quomodo sint intelligēda, nam, si lex naturæ dictat, q[uod] homo faciat alteri, quod sibi uellet fieri, & nō facere, quod sibi nollet, certum est, q[uod] prælatus nollet subditum sibi resistere in re iusta, & tamen non ualet uiceuersa, q[uod] prælatus non dabeat resistere subdito, ut inquit diuus Tho. 33. disti. 4. q[uod] prima, dico, q[uod] Papa potest hoc declarare, q[uod] intelligendum sit eadem proportione seruata, Similiter legis naturæ ē, q[uod] hō alteri faciat, quod sibi uult fieri, & tamen Papa declarare potest, q[uod] in casu, quo aliquis est in maxima necessitate

cum proximo suo, & non habet, nisi quod sibi tantum sufficiat pro uita seruanda, tunc pascat se ipsum, & non proximum, quia charitas ordinem habet, ut dicitur in canticis. ordinavit in me charitatem, & ideo post Deum primo respicit se ipsum, & secundo proximū, & hoc forte aliqui dicere uoluerunt sub aliis uerbis, q[uod] Papa non potest dispensare in lege naturæ quantū ad inclinationē uniuersalē, sed bene quantū ad additionem, & subtractionem, & huiusmodi, intellege tamē, q[uod] illa declaratio, & appositiō nō sit tio scriptrahens, alienans, & repugnans, secundū quā p[ro]t[er]e q[uod] intelligit illud Apoca. ultimo. ca. qui apposuit ad h[ab]ec, apponat ei Deus plagas, quæ apponuntur in libro isto, sed, q[uod] sit appositiō, & declaratio manifestans, & perficiens scripturā ipsam sic, q[uod] in scriptura contineatur formaliter, uel virtualiter. i.e. q[uod] per bonam consequentiam possit deduci ex dictis scripturæ.

¶ Correlarie sequitur, q[uod] quocunq[ue] dictum a Nota quocunq[ue] doctore etiam sancto non est accipiē, correlative determinate tamq[ue] necessarium, nisi saltem rium. ex scriptura prædicto mō deduci possit, ut bene dicit Scotus 3. q[uod] prologi. sed contra prædicta dubitatur, quoniam, q[uod] omnia sint communia, est



de lege naturæ, & tamen hoc postea iure positiuo humano reuocatum fuit, ergo in lege naturæ cadit, nedium secunda dispensatio, sed etiā prima, quod fuit negatū, antecedens pro utraq; sui parte est Scoti in. 4. dist. 15. q. 2. articulo primo, cōsequētia ē bona, aliter eslet dicēdū, q; prius reuocans, & faciens contra illud diuidendo dominia rerum peccauit mortaliter, & sic Noe, uel Abraham, & Loth, uel quicūq; aliis fuerit, peccauit mortaliter, quod non uidetur dicendum. Respondeo secundū Gulielmū Antisiodorensim in. 3. tract. 7. q. 1. q; illa, quæ sunt de lege naturæ, sunt in triplici dīria, quædam ut p̄cepta, quædam ut prohibitions, quædam ut demonstratiōes, prima, ut quæcunq; uultis faciant uobis homines, facite illis, secunda, ut quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris, sed demonstratio est dictamen recte rationis dictantis, quod iustū est non simpliciter, sed secundum diuersitatem statuum, & casuum emergentium, ut forte est illud, uim ui repellere licet, & secundum Alexandrum capitul hic demonstratio pro consilio. Ad duo ergo prima bene obligamur, quoniam ad illa reducuntur p̄cepta decalogi, ad primū p̄cepta affirmatiua, ad secundum p̄cepta negatiua, inde tenet Sco. 37. dist. 3. q; p̄cepta decal-

ogi sunt de lege naturæ, sed ad illa, q; se hñt, ut demonstratiōes, nō obligamur lege naturæ, nisi secundū diuersitatē statuū aliquādo sic, & aliquādo nō, nec inconuenit, q; talia sint uariabilia, nā uēdicatio uidet, q; sit de iure naturæ, & tñ Dominus p̄cepit cōtrariū dicens, Qui percusserit te in unā maxillā, p̄be ei & alterā, & q; uoluerit tibi auferre tunicā, dimitte ei & pallium, tēpus n. & locus sic se offerebant, q; per nimiā mansuetudinē trahendi erāt homines ad Deum, q; ergo oīa sint cōmunia, cadit sub demonstratiōe, q; a non fuit p̄ceptū iuris naturalis simpliciter, sed tñ secundū qđ, ideo in statu naturæ corrūptæ nō est p̄ceptū, nec debet esse, quia sic mutua cōde periret genus humanū, inde doctores dicūt Platonē grauiter errasse, qui posuit omnia esse cōmunia, sic etiā Scotus. 15. d. 4. q. 2. articulo, & hoc uoluit dicere dñs Bonauentura in. 26. dist. 4. dicēs, q; ius naturale quædā dīcta simpliciter, & quædā secundū tēpus, simpliciter, ut Deū amandum, secundū tempus, ut oīa esse cōmunia, & talia bene mutari possunt, & per hoc soluitur dubitatio facta dicēdo, q; cōsequētia bñ cōcedit in his, q; sunt de lege naturæ, ut demonstratiōes, nō aut, ut p̄cepta, uel ut prohibitions,



Ius natu Alexander tamen de ales.3. parte summiç .q.27.
ræ quo, aliter diceret ad hoc, q. s. utrumq; tā q; oia sint
mō mu, communia , q; diuisio dominiorum est de lege
tabile.

naturæ, & ideo non sequitur, q; lex uarietur, nā
eadem lex , quæ ante peccatum dictauit omnia
esse communia, eadem etiam post peccatum di-
ctauit esse dominia diuidenda, sicuti per exem-
plum eadem ars medicinç iudicat uinum esse
sanum , & eadem ars negat uinum ipsi ægroto,
sic eadem lex dictat sanç naturæ omnia esse cō-
munia, & ita debere esse, & tamen eadem dabit
naturç egrç propter peccatum proprietatē rerū,
propter iurgia, & cōtentiones, quæ inde possent
oriri, ideo .d. q; legem naturæ esse mutabilem
intelligitur, dupliciter, uno modo quantū ad ra-
tionem præceptorum , alio modo quantum ad
obseruatiā illorum respectu nostri, primo modo
immutabilis est, secundo modo est mutabilis, si-
cuti medicus quandoq; mutat præcepta langué-
tibus, & tamen ratio artis medicinç in se manet
eadem , etc. sed dubium est an ille , qui primo
uēdicauit sibi dominium rerum, peccauit mor-
taliter, ut dicitur in argumento, quoniam, quis
illud sit dispensabile, ut dictum est , tamen ui-
detur , q; quis propria auctoritate non poterat

sibi

sibi ascire aliquid, maxime cuin dicat August.
Qu ietissimam uitam ducerent homines in ter-
ris , si hæc duo e medio tollerentur.s. meum , &
tuu m, dico secundum Scotum in.4.d.15.q.2. q;
qui illud præceptum de habendis omnibus cō-
munibus fuerit reuocatum post lapsum , & ra-
tionabiliter, quia(ut patuit) talis cōmunitas erat
contra pacificam conuersationem hominum, ta-
men illo præcepto reuocato non siebat actualis
distinctio rerum per legem naturæ, quia illa nō
determinant ad opposita, ut uidetur, nec p legē
diuinam, ut patet per Aug.super.Ioan.c.2. quo
iure defendis uillas Ecclesiç diuino, an humano?
vñ unusquisq; possidet, quod possidet: nōne hu-
mana uolūtate: nā iure diuino Dei est terra, &
plenitudo eius. Ideo ex hoc sequitur, q; prima
distinctio dominiorū fuit facta aliq; lege positiva
lata a Patre, siue Principe, siue cōmunitate iuste
regnante, uel regente, & hoc modo uidetur pro-
babile fuisse factum post diluuium a Noe filiis
suis, uel ab ipsis met de concordia inter se, sicut
legitur de Abraam, & Loth.gen.13.cap. & quia
hoc nō fecerunt ex cupiditate, sicut Nembroth.
gen.10.cap. qui erat oppressor hominum, unde
& peccauit mortaliter , sed quia uidebant esse

F



nocuum omnia esse communia in natura lapsa,
ideo non peccauerunt, quicunq; fuerunt, & hoc
Dominus pr̄dixit Gen. 3.c. cū diceret. in sudore
uultus tui etc. Aug. autem loquitur de meum,
& tuum ex cupiditate, & auaritia , quæ uexant
capita multorum.

De lege autē Mosaica, & Euangelica (loquor de
illis in quantū continent illa, quæ sunt de iure
diuino, ut p̄cepta omnino necessaria ad salutē)
sic dico, q̄ non patiuntur primam dispensatio-
nem, cum ius diuinum sit immutabile, inde est,
q̄ Papa nec posset instituere unum sacramentū
in Ecclesia, nec etiā posset tollere unum de se-
ptem sacramentis, sicut patet a Sco. in. 4. distin.
prima. q. 3. articulo secundo, sed dico, q̄ bene pa-
tiuntur secundam dispensationem, quam aliqui
dicunt, & nominant interpretationē, & diuidunt
eam primo in declaratiuam, & istam patitur ius
diuinum, sicut exempli gratia Papa declararet
hanc, Quos deus coniunxit, homo non separat,
ut intelligatur ne dum de coniunctione ani-
morum, sed corporum nō solum per sponsalia,
sed per carnalem copulam, & huiusmodi.

¶ Secundo diuidunt eam in restrictiuam, ut si
Papa pr̄dictam propositionem arctaret dicēdo,

q̄ est uera, dummodo non sit copula talis inter
duos, quorum unus esset conuersus ad fidem,
& alter nollet conuerti, sicut habetur. i. Cor. c. 7.

¶ Est & tertio interpretatiua, quam dicunt di-
strubitiuam, & ampliatiuam, quæ patet.

Si uero loquamur de his, quæ non sunt de per-
fectione legis necessario, sicut sunt consilia, sine
quibus salus animq; esse potest, nulli dubium, q̄
Papa circa illa dispensare potest, specialiter aut̄
de lege mosaica dico, q̄ Papa posset de iudicia
libus euacuatis multa, quæ sibi placeret, capere,
& illa statuere a christianis obseruanda, & talia
(ut inquit Sco. in. 4. dist. 15. q. 3.) obseruaren̄, nō
ut Mosaica, sed ut a Pontifice potestatē habē-
te instituta, & propter hoc non esset iudaizare.

¶ De quarta autem lege non oportet immo-
rari, quia qui potest condere legem, & circa illā,
ut sibi placet, dispensare potest.

¶ Nunc principaliter quantum ad secundum. Secundum
dum articulum uidendum est de matrimo, arti. pri-
mo, & eius gradibus, ad quam legem perti-
neant, ut uideamus, quam dispensationem ha-
bere possint, & primo dico quantum ad primā
legem secūdum diuum Tho. 26. dist. 4. & 3. parte
q. 41. articulo primo, & secūdum Riccardum.

F i j



26.dist.4.q.i. qd aliquid esse de lege naturæ stat
dupliciter.

CUno modo tamq; ex principiis naturæ neces/
sario causatū, sicut moueri sursum est igni natu/
rale, & terræ deorsū, ut patet etiā primo de cœlo.
CAlio modo dicitur naturale illud, ad quod
natura ipsa inclinat, sed illud cōpletur mediāte
libero arbitrio, sicuti actus uirtutum dicuntur
naturales isto modo, ad propositum matrimo/
nium non est de lege naturæ primo modo, sed
bene secundo modo, pro quanto ratio naturalis
ad ipsum inclinat dupliciter, primo quantū ad
eius principalem finem, q; est bonum prolis, qd
natura non intendit solum generare, sed etiam
intendit promotionem generati usq; ad perfe/
ctum statum maxime in hominibus, in quibus
filii indigent cura utriusq; parentis usq; ad ma/
gnum tempus. Secundo modo quantum ad fi/
nem minus principalem, qui est mutuum obse/
quiū sibi a coniugibus in rebus domesticis im/
pensum, quoniam, sicut natura dictat homines
simul cohabitare, quia unus nō sufficit sibi in
omnibus, quæ pertinent ad uitam (solus enim
Christus sic sibi sufficit, ut inqt Sco.in.4.) vñ,
ut inqt Philosophus, homo natura dicitur ani-

mal sociabile, ciuile, & politicum, sic etiam ratio
naturalis dictat hominem cum uxore habitare,
ut suos defectus mutuo suppleant.

CScotus uero in .26.dist.4.ar.3. reducit se ad
distinctionem supra assignatam, & .d. matri/
monium esse de lege naturæ secundo mo/
do, & non primo modo, ut supra uidere po/
teris, & sic patet matrimonium esse de lege na/
turæ, per hoc etiam patet ad legem Mosaicam
pertinere.

Sed an sit de lege diuina? Alexander. 3.parte. q.
27.d. qd matrimonium potest dupliciter consi/
derari, uno modo ut res, alio ut signum, primo
modo est de lege naturali, quia sic est coniun/
ctio maris, & fœminæ.

CSecundo modo in quantum est signum
efficaciter significans effectum inuisibilem,
non est de lege naturæ, sed de lege diuina, quia
sic instituit, & hoc non est inconueniens sci/
licet, qd ab alio sit res, & ab alio sit signum, sicut
circulus ab alio potest habere, qd sit circulus,
& ab alio, qd sit signum ante tabernam, etc.
Scotus uero ubi supra dicit, qd ex quo est
de lege naturæ secundo modo (ut dictum
est) & illud, quod non est de lege natu-



ix nisi secundo modo , non est omnibus ma/
nifestum, ideo expedit necessitatem illius pr̄c/
cepti a lege diuina determinari maxime , quia
homines min⁹ obediūt soli legi naturæ, q̄ Deo
p̄cipienti,& sic est de lege diuina, non oportet
aut̄, q̄ sit a lege humana, q̄a leges humanæ ueriç
sunt apud diuersos , & sic patet matrimoniu ad
utramq; legem pertinere.

CVerum notandum est secundum dominum
Matri- Bonauenturam,& alios, q̄ p̄ceptū matrimo/
nium nii obligauit nō semper, sed secundum tempus,
quomo- & ideo quando pauci erant, oportebat multi/
do ligat. plicare prolē ad cultū dei, ideo & in lege natu/
ræ, & Mosaica erat p̄ceptū, vñ Deus (ut inquit
Sco. 26.4.) ante, & post diluuium p̄cepit dices.
Crescite, & multiplicamini, sed cessante isto casu
cessauit p̄ceptum , fuit enim secundum Sco.
p̄ceptum affirmatum, & ideo nō obligauit,
nisi pro loco, & tēpore. Qua propter institutio
secunda tempore legis gratiç indulgentiam ha/
buit, & non p̄ceptum , nam matrimonium in
statu innocentia fuisset ad officium tantum, sed
post lapsum fuit, sicuti & nunc, ne dum ad offi/
cium, sed etiam ad remedium.

Verum, quia theologi dicunt, q̄ matrimonium

est uinculum perpetuum, & indissolubile, ideo,
ut melius uideamus dispensationem, quæ fieri
posset , uidendum est de ista indissolubilitate
unde sit, & dicunt aliqui, sicuti est Paulus Bur/
gensis super Bibliam, q̄ ista indissolubilitas nō
est de lege naturæ, nec de iure gentium , nec de
iure diuino consistenti in ueteri testamēto, sed
de iure diuino cōsistenti in lege Euangelica, &
de iure canonico sequente uestigia eius.

Nicolaus autē Lira super Mattheo. 19. ca. d q̄ in
dissolubilitas ista primo est de lege naturæ, qm̄,
sicuti uidemus, q̄ quędam animalia instinctu
naturali coniuguntur inseparabiliter tempore,
quo uacant generationi maxime, in quibus sola
fœmina non sufficit ad nutritionem proli, im/
mo aliqua toto tempore uitę, sicut quidam di/
cūt de Turture, sic etiam ratio naturalis, quę est
propria homini, dicitat q̄ inseparabiliter iungat
uxori maxime, cum naturam humanam magis
ordinatam esse oporteat, q̄ naturā brutorū , est
etiam & secundo de iure diuino in utraq; lege,
in ueteri scilicet , quia Gene .2. dixit Deus,
q̄ erunt duo in carne una, in noua autem lege
Matthei. 19. ubi dixit, Quos Deus cōiunxit, ho/
mo nō separat, & propter hoc Nicolaus de Lira



Matri monium quid sit. d. q inseparabilitas ista est de ratiōe matrimo nii, cum ponatur in eius diffinitione , ut patet per omnes theologos , maxime per Sco. qui in 26.dist.4.sic diffinit matrimonium dicens, Ma trimonium est uinculum indissoluble inter marem , & fœminam ex mutua translatione potestatis corporum suorum in se inuicem facta ad procreandam prolem,& debite educandam, & ista diffinitio est declaratiua illius, quā Ma gister sen. assignauit in 17.dist.4. ideo Christus in Euangeliō Matth.19.ca.loquendo de dimis sione uxoris in ueteri lege , quasi talē dimissio nem calumniando dicit, q Moises ad duritiam cordis eorum permisit, sed ab initio nō fuit sic, unde concludit, q, qui dimittit uxorem, & aliā ducit, mœchatur, &, qui uxore ab alio dimissam ducit, etiā mœchatur, hinc Riccardus quadrage, octaua.4.arti.2.q.4.& diuus Thomas.35.dist.4. arti.5.&.3.par.q.42.ar.5.& dominus Bonauen tura.27.dist.4.& omnes Theolo. dicunt matri monium esse uinculum indissoluble, quod cō firmans Aurelius Augustinus (ut testatur Ni colaus) ait, manat inter uiuentes coniugale uinculum, quod nec separatio, nec cum aliquo iunctio potest auferre.

C Vnde uidetur sequi, q uir uiuente uxore nō potest ad aliam copulam transire. Correla rium.

C Alexander etiam.3.par.q.27. tenet cum Ni colao, q inseparabilitas ista & sit de iure naturæ, pariter & diuino.

C Sco. uero, cui firmiter adhæreo. 26 . dist. 4. dicit, q ista inseparabilitas nō est de lege naturæ presse sumpta, sed bene de lege naturæ commu niter, p quāto multū est conformis legi naturæ, quia , nisi vir , & uxor perpetuo adhæcerent, sed pro libito separari possent, hoc esset contra bonum prolis , quia sic pater forte non co gnosceret filium , secundo contra bonum familie , & contra bonum ciuitatis , quia ciues non sic amicabiliter adhæcerent , sicut nunc ex ratione propinquitatis, & parentele faciunt.

C Secundo dicit , q est de lege diuina, quia, cum ista obligatio sit difficilis , quia per petua , nulli obligarent se communio obligatio ne tali , nisi ad hoc esset aliquid astringens, & licet obliget ad hoc lex naturæ, quia tamen(ut patuit supra) illa, que sunt de lege naturæ se cūdo modo dictæ, nō sunt oībus manifesta, ideo

G



oportet talem obligationem a lege diuina determinari, & maxime, quia homines minus obediunt legi naturæ, q̄ Deo præcipienti, & minus timent conscientias proprias, q̄ authoritatem diuinam. Quare patet talem indissolubilitatē esse de lege naturæ, simul & diuina.

C Burgensis autē male sensit in hac parte, nisi capiat legē naturæ, primo mō proprie, & strictiss. Corre / Ex omnibus dictis concluditur correlarie, q̄ lariū no/ Papa nullo modo posset dissoluere matrimoniale. nium, ut separatione facta uterq; coniugum nubere posset, nec etiam dispensare posset, q̄ matrimonium contraheretur duraturum ad tempus, immo illud nō esset uerum matrimonium, ut satis patet ex predictis, nec in hac parte assentio aliquibus Canonistis partem affirmatiuam tenentibus (quis undiq; sint præclarissimi uiri) sed magis theologis in hoc credendum est, maxime cum dicat beatus Thomas in quodā quolibet. & Antonius de Butrio (ut refert Archiepiscopus Florentinus in prima par.) q̄ declarationes materierum, quç respiciūt ius diuinum, magis spectat ad theologos, & in hoc Canonistæ debent ad eos recurrere, cum ergo indissolubilitas matrimonii pertineat ad ius diuinum se,

tundum omnes theologos, ergo de ipsa standū est dictis theologorum, & nō Canonistarū, inde dicit diuus Aug. (ut refert Antifiod.) q̄ matrimonium ita in Ecclesia confirmatum est, ut nō liceat uiro pro sterili, dum ipsa uiuat, fœcūdisfimam accipere, quæ uerba manifesta sunt pro correlario nostro, cum alia aucto. Aug. quç supra adducta est, simul cum uerbis Pauli prima ad Corin. c. 7. Præcipio non ego, sed Dominus uxorem a uiro nō discedere, & e contra, & ideo bñ dixit diuus Thomas in. 4. d. 33. q. 2. ar. 2. q̄ matrimonium, ex quo institutum est, ut sit Ecclesiæ sacramentum, manente tali institutione non potest sub dispensatione cadere quantū ad separabilitatem, nisi forte secundo modo dispensationis, quç est diuina, ut ex uerbis eius patet. hinc Valerius Max. lib. 2. c. 1. laudat antiquam Vrbis Romæ consuetudinem, in qua (ut Aulus Gellius lib. 4. c. 3. dicit) p. 523. annos ab eius eretione non fuit repudium, acriter reprehendendo Spurium Carbiliū, qui primus uxorem repudiauit, quia sterilis erat, unde, licet tolerabili ratione motus fuisset, quia s. liberorum cā, reprehensione tamen non caruit, & hoc, quamiores, & antiqui arbitrabantur cupiditatem.

G i i



liberorum fidei coniugali, qua inseparabilitas promittitur, non esse præponendam, ecce q̄ etiā ab infidelibus indissolubilitas matrimonii maxime colebatur, etc.

Indissolubilitas. Si autem quęras, unde innascit̄ ista obligatio
unde sit. indissolubilis: Respondeo secūdū Sco. q̄ inna
scitur e duobus, primo e uoluntatibus coniuga
torum, quia oportet ipsam esse uoluntariā, alia
minus placerēt sibi mutuo, si cogerentur, quia
quod quis non elit̄, profecto nō diligit, quod
autem non diligit facile contemnit, & ideo uo
luntates consentientes, ut inquit Sco. 31. & 33.
dist. 4. sunt causa instrumentalis istius perpetuę
obligationis. secundo innascitur ex ordinatione
diuina, tamq̄ ex causa principali, & effectua, p
uenit etiam secundum Bonaventurā ex signi
ficatione dispositiue, quia significat unionem
indissolubilem Christi, & Ecclesię secundum
conformitatem naturę, naturam enim, quam
Verbum assumpsit, numq̄ dimisit secundum
Damas. libro. 3. ca. 26. sic ergo patet ma
trimonium esse omnino indissoluble, hinc
Saluator Matth. 19. ait propter hoc, scilice
actus generationis, dimitteret homo patrem, &
matrem, & adhærebit uxori, & erunt duo in

carne una, sic etiam Mar. 10. cap. & Luc.
16. cap. ubi (ut dicit Alexander) innuit du
plicem unionem, scilicet unionem, quę est per
consensum animorum, cum dicit, & adhære
bit uxori suę, & unionem, quę est per carnalē
copulam, cum dicit, & erunt duo in carne
una, & sequitur ibidem finaliter Saluator di
cens, quod ergo Deus coniunxit, scilicet inse
parabiliter per totam uitam, homo non separet
sua scilicet propria uoluntate, etc.

Nunc uero magis ad particularia descendem
do, quęro de gradibus, qui communiter assi
gnātur in matrimonio, an sint de lege naturę, gis sint,
uel diuina, uel positiva humana? & dico se
cundum Alexandrum. 3. p. q. 27. q̄ qui
dam gradus sunt a natura, idest a lege natu
rali, quidam uero a lege diuina. a lege na
turę sunt pater, & mater, sed a lege diuina
sunt frater, soror, & huiusmodi, & possunt
pertinere ad legem naturę secundum Alex.
unde lex naturalis quędam dictat ut debita, &
quędam ut honesta, exceptit ergo patrem, &
matrem ut debitum, sed excipit fratrem, & so
rorē, non quia debitum, sed quia decens,
& honestum, maxime in natura multiplicata,



etiam patrem, & matrem excipit, quia fieret cōfusio ordinis generationis, & hunc gradū Christus etiā exceptit Matth. 19. cū dixit, Relinquet homo patrem, & matrē, & adh̄crebit uxori suę, non sic autē de fratre, & sorore, ideo(ut dicitur gene. 4. ca.) Cain contraxit cum propria sorore.

Gradus ¶ De lege autem diuina excipiuntur omnes prohibiti a illi gradus, q̄ sunt Leuitici. 18. ca. scilicet pater, diuina le mater, nouerca, soror ex utroq; parente tam in matrimonio, q̄ extra genita, soror ex altero parente tantum, neptis, amita, mater tera, uxor parenti, nurus uxoris fratris, priuigna, soror uxoris, & ij sunt gradus, qui ponuntur Leuitic. 18. ca. in quibus uerbis apparet, q̄ de consanguinitate non prohibetur, nisi primus gradus, cum dicitur, Turpitudinem sororis tuę non reuelabis, & secundus gradus cum dicitur, Turpitudinem filię filii tui, uel neptis non reuelabis.

¶ De affinitate uero non prohibetur, nisi primus gradus, cum dicitur, Turpitudinem sororis uxoris tuę non reuelabis, alii uero non legūturi prohibiti, etc.

Sed contra prædicta dubitatur, & primo de consanguinitate, quoniā(ut patet gene. 4. ca.) Cain accepit sororem suam, ergo primus gradus con-

sanguinitatis non prohibebat, uel peccauit mortaliter.

¶ Item de affinitate arguitur, quia gene. 29. & 30. ca. dicitur, q̄ Jacob habuit duas sorores simul, Liam. s. & Rachelē, ergo primus gradus affinitatis nō impediebat, uel peccauit mortaliter.

¶ Itē gene. 38. habetur, q̄ Iudas dedit Thamar duobus filiis suis successiue. s. primogenito suo nomine Her, & alteri filio nomine Ona, & permisit eā alteri filio suo nomine Sela, ergo primus gradus affinitatis non impediebat.

¶ Item &. 4. uidetur contradictio Leuitici. 18. & Deuterono. 25. ca. nā ibi prohibetur primus gradus affinitatis, sicuti etiā in noua lege Luc. 18. ca. hic uero præcipitur frater accipere uxorem fratris.

¶ Item &. 5. uidetur, q̄ plures gradus prohibeantur, q̄ isti, q̄a Leuiti. ubi supra dicitur, omnis homo ad proximā sanguinis sui nō accedat.

¶ Item &. 5. quia Iosu. 15. ca. dicitur, q̄ Othniel frater Caleh accepit Axā filiā Caleh, ergo secundus gradus consanguinitatis non impediebat, uel iste peccauit mortaliter.

Pro solutione nota secūdum Sco. in. 4. & Frāciscū de maironis dist. 40. q̄ possunt distingui



Tépora quattuor tempora, primū legis naturę, secundū legis scriptę, tertium legis Euangelicę in primis Ecclesia, quartum legis euangelicę pro nūc, tunc dico, q̄ in omni tempore aliqua propinquitas impediuit ipsum matrimonium, nam in tempore legis naturę primus gradus in linea descendenti impedibat matrimonium, & hoc uoluit exprimere Adam, quando dixit gene.2. Relinquet homo patrem, & matrem, & adhucabit uxori sux, & intelligitur de derelictione quantum ad carnalem copulam, ac etiam (secundum Sco.) non tantum de patre proximo, sed etiam de quocunq; in linea recta, puta de auo, proauo, & huiusmodi.

¶ Sed in linea trāuersali, & a latere primi gradus consanguinitatis non impediabant matrimonium, sicut patet de Cain, qui duxit sororē, & ratio est, quia non erant aliae fœminæ, cum quibus contraheretur matrimonium. inde dicit Nicolaus Lira, q̄ aliae personæ, quantumcunq; essent consanguinitate coniunctæ, licite tamen poterant matrimonialiter copulari.

¶ Si autem queris, quare primus gradus in recta linea prohibebatur, & in linea lateralī nō? Dicit Sco. q̄ ratio fuit, quia gradus in linea descendente

descendente erat efficacior, q̄ in tranuersali, quia plus coniungitur proles parenti, q̄ proles proli, quoniam filius est de substātia patris, non sic de substātia fratris, uel sororis, ideo magis est cōtra legem naturę coniungi in primo gradu in linea recta, q̄ in trāuersali, p3 de equo regis Scytharū, de quo.8. uel.9. de animalibus loquitur Philos. qui, ut uidit, q̄ cognouerat matrē, precipitauit se, sic etiam de Camelō, & de Elephante, idem etiam habet Auicenna. 9. de animalibus, & per hoc patet ad obiectionem primam de Cain, q̄ in hoc non peccauit, quia tunc cōsanguinitas non impediabat (ut dictum est) multo magis nec affinitas.

¶ Sed in tempore legis scriptę, quia tūc genus humanum erat multiplicatum, ideo fuit facta maior arctatio matrimonii, & sic primus, & secundus gradus cōsanguinitatis, & primus affinitatis fuerunt prohibiti, quod patet Leuitici.18.

¶ In tempore uero legis Euangelicę in primis Ecclesia erat eadem prohibitio (ut d. Fran. de maironis) quia non dum erat conditum ius posituum humanum, quo fiunt ulteriores prohibiciones.

¶ Sed tépore legis Euāgelicę pronunc condito

H



iure positivo fuit facta prohibitio usq; ad septimum gradum, ut dicit Magister. 40 dist. 4. & hoc propter maiorem decentiam, & honestatem, quia maxima erat multitudo generis humani multiplicata, tempore uero Innocetii. 3. quonia; hoc non poterat sine magno dispendio obseruari, & cum maxima difficultate, & quandoq; inducebat periculum animarum, ideo fuit facta restrictio usq; ad quartum gradum inclusiue.

Ex quibus uerbis sequitur, q; de iure diuino solum in lege Moysi primus, & secundus gradus consanguinitatis, & primus affinitatis est prohibitus, uerum primus gradus affinitatis non est prohibitus simpliciter, sed solum utroq; coiuge uiuente, quia post mortem fratris sine sobole licebat alteri fratri suscipere suam uxore ad eius semen suscitandum.

Si autem queras, an isti gradus, qui scribuntur Leuitici. 18. sint etiam in lege noua prohibiti de iure diuino? Respōdeo (secūdum Sco. ubi supra) q; in lege noua non inuenitur a Christo alia prohibitio ultra prohibitiones legis naturæ, nec etiam explicite confirmauit prohibitionem super hoc factam in lege Mosaica, ideo uidetur, q; omnes isti gradus nunc sint de iure positivo hu-

mano, maxime tertius, & quartus gradus consanguinitatis. Et cōfirmatur positio Sco. mei per August. 15. de ciui. Dei. c. 16. ubi ait, Experti sumus in connubiis cōsobrinarum etiam nostris tēporibus propter gradū propinquitatis fraterno gradui proximū, q; raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat, quia id nec diuina prohibuit, nec nondum prohibuerat lex humana, etc. Ecce q; aperte August. ponit hos gradus de iure positivo humano, & nō diuino, ex quo sequitur, q; standum est prohibitionibus nouç legis de matrimonio, & non ueteris. Qua propter, si in casu nostro adducatur illud impedimentum Leuitici. 18. non facit uim, quia Christus non approbauit illam prohibitionem, ut patet p Aug. sic etiam diuus Thomas in. 4. d. 40. ar. 4. tenet hos gradus de iure positivo humano, & 2. 2. q. 154. ar. 9. ad. 3. idem tenet, similiter si adducatur illud Deuter. 25. c. etiam nō facit uim, quia euacuatum est, & nunc non licet, ut inquit diuus Thomas in. 4. d. 41. ar. 2. nisi auctoritate superioris concedatur.

Sed si dicas, q; primus gradus affinitatis est de iure diuino in lege Moysi, igitur est simpliciter prohibitus. Dico, ut supra, q; erat prohibitus nō

H i i



simpliciter, sed altero fratre uiuente nō poterat
frater ducere uxorem eius, sed ipso mortuo, &
sine sobole bene poterat, sicut supra patuit de
Thamar, & hoc mō loquitur Ioannes Baptista
Lucæ.3.ca.non licet tibi habere uxorem fratris
tui.s. Philippi, qui ad huc uiuebat, erat autem
prohibitum fratre uiuente (secundum Fran-
ciscum de maironis) propter adulterium, & sic
sequitur, q̄ primus gradus affinitatis si impedit
nunc simpliciter, hoc est ex statuto Ecclesiæ se-
cundum Sco.40.&.41.dist. 4 . & hoc rationa-
biliter propter pacem, & amicitiam feruandam,
usq; enim ad quartum gradum manet amicitia
ratione propinquitatis, & ex tunc incipiūt esse
quasi extranei, & amore cōtepscere. Hinc post
quartum licentia conceditur matrimonium cō-
tra hēdi, ut quasi amicitia renouetur. inde Aug.
.15. de ciui.dei. c . 16 . ait , Fuit antiquis pa-
tribus religiosç curç, ne ipsa p̄pinquitas se pau-
latim propaginum ordinibus dirimens longius
abiret, & propinquitas esse defisteret, eam non-
dum longe positam rursus matrimonii uinculo
colligare, & quodam mō reuocare fugientē, etc.
¶ Per hoc patet ad rationes, ad primam iam di-
ctum est, ad secundam de Jacob dico dupliciter,

primo sicut d.glossa ordinaria, q̄ hoc fecit, quia
tunc non dum prohibitum fuerat, ideo potuit
contrahere, similiter fuit deceptus a Laban so-
cero suo, ideo primum non fuit uerum matri-
monium, nisi postq; consensit, fecit autem hoc,
ne faceret Lyam mœchari.
Vel secundo dico secūdum Sco.33.4.q.i. q̄ hoc
fuit ex auctoritate diuina illud approbante,
Deus enim ad maiorem multiplicationem cul-
torum eius, qui tunc pauci erant, rationabiliter
dispensauit cun sanctis patribus, ut possent cō-
mutare corpus suum pro pluribus mulieribus,
hoc quidem uidetur probabile, quia, cum illi
essent sancti, & boni uiri, non tentassent hoc
contra uoluntatem diuinam, dispensauit autem
(ut quidam dicūt) quadruplici ratione, Prima
propter multitudinē cultus Dei, quia tūc quasi
totus mūdus erat subiectus Idolatriæ, & pauci
colebant Deum. Secūda propter moderationē,
& temperantiam, moderate enim antiqui patres
apppetebant coire, quia solum propter procrea-
tionem prolis ad cultum Dei. Tertia propter fi-
gurā, nam Christus sponsus est & Ecclesiæ fide-
lium, & Ecclesiç mercennariorum, & ex prima
generat tanq; ex Rebecca sponsa sua libera,



& ex secunda generat filios tanq; ex ancilla, sicut
Abraā ex libera Sarra, & ex Agar ancilla, ut in-
quit Apostolus. inde Abraam uidetur habuisse
duas, & quia fideles diuidūtur in actiuos & cō-
templatiuos, similiter & mercennarii, inde uide-
tur Iacob habuisse q̄ttuor, duas ancillas signi-
ficantes duas Ecclesiās mercennariorum actiuo-
rum, & contemplatiuorum, & duas liberas de-
notātes duplē Ecclesiām fidelium actiuorū,
& contemplatiuorū. Quarta propter instructio-
nem hominū, nam homo, sicut non uult, q̄
uxor diuidat carnem suam cum multis, sic nec
ipse auctoritate sua, per hoc ergo, q̄ plures ha-
buit, instruitur homo, quod plus debet Deo, q̄
uxori, q̄a ex uoluntate Dei hoc fecit, quare, etc.

¶ Ad tertium de Iuda patet per idem, sic enim
erat tunc mos, & consuetudo ex dispensatione
diuina, nec data fuit tūc prohibitio, patet etiā,
q̄ hoc nō fuit simul, sed successiue fratre scilicet
mortuo sine prole, quia hoc erat p̄ceptū deu-
teronomii. 25.

¶ Ad quartū de cōtradictione soluitur dupli-
citer, primo, q̄ illud Deuteron. ē uerū de fratre
decedente sine prole, sed illud Leuitici est ue-
rum de fratre decedente cum prole.

¶ Vel aliter, q̄ in Leui. loquit̄ de fratre uiue-
te, Ibi uero de fratre mortuo, & sine liberis, ut
dictum est.

¶ Ad quintum dico secundum Nicolaum de
Lyra, q̄ non est intelligendum propter hoc, q̄
omnis gradus consanguinitatis sit prohibitus in
contractu matrimonii, sed tantum illi, qui infra
exprimuntur, est enim (ut logici dicunt) distri-
butio accōmodata, non pro singulis generum,
sed pro generibus singulorum, eo modo, quo
dicitur, omne animal fuit in arca Noe, similiter
omnis homo mendax, cum tamen constet, q̄ nō
omne animal fuerit in arca Noe, nec omnis hō
mendax, quia non Christus, etc.

¶ Ad sextum quidam dicunt, q̄ Caleb hoc fe-
cit, ne retraheret uerbum suæ promissionis, quā
fecerat dicens, q̄, quicunq; c̄pisset ciuitatē illā,
daret ei filiam suam in uxorem, ideo, ne incide-
ret in médaciū, noluit uerbum retrahere, & filiā
suam dedit fratri suo, qui ciuitatem c̄perat.

¶ Sed hoc non uidetur sane dictum, quia ma-
gis debuit timere prohibitionē diuinā, q̄ retra-
ctionem uerbi sui, maxime cū esset homo san-
ctus, & timorosus (ut multi dicunt) ideo dico
secundum Nicolaum de Lyra ibidē, & melius,



q̄ ideo Caleh hoc fecit, quia non erat prohibitū, nam licet in scriptura legatur prohibitum, ne nepos acciperet amītam suam propter reuerentiā, non tamen legitur prohibitum, ne patruus acciperet neptem, sicut etiam & de Abraam dicitur habuisse Sarrai filiam fratris in uxorem, sic ergo patent prædicti gradus in ueteri lege unde impediabant, ac etiam in lege noua unde impedian. Sed cōtra prædicta est dubium non paruum, quia Matth. 5. c. dicitur, Nō ueni soluere legem, sed adimplere, ergo Christus magis cōfirmauit prohibitiones in ueteri lege, q̄ reuocauerit, patet, aliter soluit scilicet legē, Dico, q̄ soluere legem dupliciter potest intelligi, uno mó soluere legem, id est facere cessare legem, & isto mó Christus soluit legē maxime, quātū ad legalia, & ceremonialia, nō enim erat illis subiectus, nisi uoluntaria subiectiōe, & ideo fuit illis subiectus, quātū uoluit, & illa fecit cessare, qn̄ uoluit, sicuti etiā & Hieremias. 31. c. prophetauerat dicens, Ecce dies uenient, dicit Dominus, & feriā domui Iuda foedus nouum, etc. unde patet talia non fuisse perpetua, sed data ad tempus. Alio soluere legem est facere contra obligationem legis, & sic Christus non soluit legem, quia non

fecit aliquid, ad cuius oppositum teneretur ex lege maxime, quia erat supra legem, & per hoc patet ad dubium. Potest etiam alio modo dici, q̄ illa authoritas intelligitur quantū ad moralia, quæ non fuerunt mutata, ut sunt præcepta decalogi, de aliis autem non intelligitur. Potest & tertio dici, q̄ Christus impleuit legem quantum ad omnia, unde & in cruce clamauit, consumatū est, ista autem impletio non fuit sic, q̄ omnia remanerent, quia nunc superflua esset lex Euāgelica, omnia enim in figura contingebant eis, ait Apostolus. Ideo figura cessare debuit figura to adueniente, impletio ergo illa fuit bonitatis legis pro tūc datę offendit, sed quomodo Christus impleuerit omnia, supra iam patuit, sic patet ad dubium.

Ex omnibus igitur prædictis infero quasdam conclusiones, primā, q̄ Papa nō posset facere, q̄ uir dimitteret uxorem suam, & ipsa uiuente acciperet sororem suā uxoris, nec etiam posset facere, q̄ uir, quam habet, dimitteret, & aliā etiā sibi non affinem acciperet, nec dimissa nubere posset, habetur hæc conclusio Matth. 19. ca. & Marci. 10. ca. & Luc. 16. ca. & 1. Cori. c. 7. Præcipio nō ego, sed Domin', etc. Ratio autē huius

I



conclusionis est, quoniam matrimonium (ut dicitur est) est uinculum insolubile in quaquam legem, ideo per hominem in nullo casu solui potest, hoc satis liquet ex predictis.

Obiectio prima. Sed contra conclusionem hanc argui potest, quia Papa potest in omnibus, quae ueniunt a uoluntate nostra, ergo potest supra matrimonium soluedo, consequentia patet, quia matrimonium est a uoluntate coniugatorum, antecedens patet, quia dispensat in uotis, & in pluribus aliis, & hoc non, nisi quia ueniunt a uoluntate nostra. Respondit Gulielmus Antiodorensis in. 3. sen. tractatu 28. q. 2. dicens, quod nec in omnibus uotis, nec in matrimonio dispensari potest, maxime de uoto continentie, & religionis, & ratio, quia ista non possunt commutari in melius bonum, dispensatio autem cadit solum circa illa, quae commutari possunt in melius bonum.

Sed eius pace contrarium tenetura doctoribus de uoto continentie, de quo magis uidetur, quod non possit dispensari, ut patet a Riccardo. 38. dist. 4. ar. 9. q. prima, & .2. dispensatur enim uel propter communem Ecclesiae utilitatem, uel magnam necessitatem.

Ratio etiam sua non uidetur ualere, maxime

de matrimonio, quoniam posset mutari in religiosus ingressum, qui tamen est maius bonum, quam matrimonium, ut patet Ioannis. 2. ca. ubi Christus uocauit Icannem a nuptiis, etc.

Ideo dico aliter, quod antecedens est falsum universaliter loquendo, bona enim opera, & cultus Dei a uoluntate procedunt, non tamen Papa dispensare posset, ne benefacceremus, uel ne coleremus Deum, sed nec etiam est uerum specialiter in casu nostro de matrimonio, ratio est, quoniam licet sit a uoluntate instrumentaliter, Matrimonium est tamen ex ordinatione diuina tanquam a causa matrimonii principali, & ideo secundum dominum Bonaventuram. 27. dist. 4. & Riccar. 37. dist. 4. ar. 2. q. 1. do a uoluntate hic preceptum diuinum, quoniam uoluntas, luntate, seu consensus non est tota causa matrimonii, sed tamen introducens, sed institutio diuina est causa introducens, & conseruans, ideo non sequitur, quod cessante actu uoluntatis cesseret matrimonium, cum sit permanens, alioqui quisque pro libito suo dimittere posset uxorem, quod non uidetur rationabiliter dictum, sic patet solo.

Sed adhuc instatur contra conclusionem, quia omnes doctores concedunt, quod contracto matrimonio potest alter coniugum ad religionem obiectio.

I i i



uolare etiā altero rennuente, ut d. Magister. 27.
dicit. 4. idem etiam dicitur extra de conuersione
coniugatorum, & concludit, q̄ remanens poterit
ad secunda uota transire, quod non esset uerum

Respon- stante cōclusione p̄dicta. Respondetur, q̄ uerū
sio alio, est, quod obiicitur, sed non contra conclusionē
rum.

data, authoritas enim Canonistarum (ut inquit
Riccardus) soluit se ipsam in eodē ca. ubi dici-
tur, dummodo carnalis commixtio non inter-
uenerit, & sic patet, q̄ matrimonium potest cō-
siderari dupliciter uno mō ante carnalē copulā,
secundo modo post carnalem copulam, primo
modo solubile est per ingressum religionis, q̄a
sic non sunt effecti una caro, & ingrediens reli-
gionem secūdum Riccar. moritur morte ciuili,
& spirituali, per quam soluitur matrimonium,
& hoc modo loquuntur doctores, & authoritas
p̄dicta.

C Secundo modo solui non potest etiam per
ingressum quantumcunq; arcta religionis, sic
enim uir, & uxor effecti sunt una caro, nec mors
spiritualis soluit illud.

Obiectio Sed contra istam solutionem, quia sic uidetur,
iota. q̄ consensus in carnalem copulam, ut exeat in
actum, sit necessarius, & de essentia matrimonii,

probatur, quoniam secundum sic dicta indisso-
lubilitas matrimonii non est, nisi post carnalem
copulam, sed hoc est falsum, quia tūc inter Ma-
riam, & Ioseph non fuisset uerum matrimonii,
probatur, quia non fuisset uinculum perpetuum,
cum ibi non interfuerit copula carnalis.

Respondeo ergo melius secundum Sco. 31. dist. Respon-
4. q̄ siue matrimonium sit consumatum, siue sio pro-
non, semper est indissoluble, unde secundum p̄ia ad
Sco. 26. dist. 4. ita tria differūt, scilicet matrimo-
nium, contractus matrimonii, & sacramentum, Matri-
monium est mutua obligatio ipsa monū,
perpetua manēdi ad inuicem, & ista dicitur in contract⁹
dissolubilitas, quæ non est, nisi quadam relatio matrimo-
rationis, quæ causatur per actus uoluntatū ipso. nī, & sa-
rum contrahentium adinuicem.

C Sed cōtractus matrimonii est ille actus mu-
tuus uoluntatum contrahentium consentientiū ferunt.
ad inuicem.

C Sed sacramentum est signum efficax gratiæ
concomitans actum illum, seu contractum ip-
sum matrimonii.

C Primum istorum est permanens, sed secūdū,
& tertium sunt tantū in fieri, & non permanēt.

C Vnde ex contractu matrimonii nascitur



ipsum matrimonium, sicut ex causa procedit effe-
ctus. Cū ergo ex contractu matrimonii sequar-
tur ipsum matrimonium aerum, & ipsa obliga-
tio perpetua, & contractus præcedit ipsam co-
pulam carnalem, ergo indissolubilitas præcedit
copulam carnalem, & sic siue intercesserit talis
copula, siue non, semper est indissoluble, & ta-
men dissoluitur per ingressum religionis, ergo
adhuc stat obiectio facta.

Dico ergo, q̄ matrimonium potest dissolui du-
pliciter, uno modo per mortem (dico corporalem,
Resolu- & non per ciuilem, ut dicit Riccardus in. 4.)
tio nota. secundo potest dissolui per relaxationem, uel
reuocationem ipsius matrimonii.

C Primo modo nulli dubium est, sed secundo
modo dubitatur, a quo possit fieri ista relaxatio,
& dico, q̄ ab illo solo, q̄ statuit hoc esse indissol-
ubile, sed ille fuit solus Deus, ergo a solo Deo
potest hoc fieri, & non ab homine, Christus au-
tem (qui in lege noua reduxit istam indissolu-
bilitatem reprobando in lege sua repudiū Mo-
saicum, ut patet Matth. 19. ca. fecit hanc relaxa-
tionem, & uoluit, q̄ fieret in casu, quo alter con-
iugum conuertitur ad religionem, patet hoc
Ioannis secundo ca. quando Christus a nuptiis

uocauit Ioannem Euāgelistam ad Apostolatū,
& tamen Ioannes uere contraxerat matrimo-
nium, cuius exemplum postea imitati fuere
plures sancti, ut Alexius, Theonas, Cecilia, Vale-
rianus, & alii, hęc autem relaxatio rationabiliter
facta est, quia rationabile est obligationem ad
minus bonum commutari ad maius bonum ab
eo, qui habet potestatem commutādi, sed p̄fessio
in religione, cum sit ad statum spiritualem, est
maius bonum, alioqui Christus non reuo-
casset Ioannem, ergo etc. Quando ergo alter cō-
iugum uolat ad religionem, dico, q̄ matrimonium
dissoluitur non propter introitū religionis, nec
propter dispensationem Papæ, sed per relaxatio-
nem diuinam. Qua propter, si Ecclesia, uel Papa
licentiat alterum coniugum ad religionem, hoc
facit, quia Christus sic instituit.

C Correlarium sequitur pro conclusione po-
sita, q̄ Papa in nullo casu potest soluere matri-
monium, sed dubium est, an, quicunq; uellet sic
facere, contracto scilicet matrimonio uolare ad
religionē, semper esset acceptandus, & Papa sem-
per deberet dare licentiam. Dicunt aliqui, q̄ sic
eo, quia quicunq; intrat religionem, facit hoc ex
monitione Spiritus Sancti, sed hoc non uidetur

Correla-
rium.



uerū, quia multi quandoq; ingrediuntur ad euādendā mortē, qñq; ex desperatione, & huiusmodi, ideo dico, q; isti spūs (ut Christus docuit, & Apolī ei⁹ in scriptura, ut Ioa.1.ca.&.4..&.5.c.) probari debet, an sint ex Deo. Ad rationē ergo contra conclusionem dico, q; illa dissolutio non sit ab homine, nec per ingressum, nec per uotū, aut iuramentum annexum, sed a solo Deo, sed ad huc instatur, quia, cum talis indissolubilitas sit de lege naturę uidetur, q; nec Christus possit dispensare. Respondeo, q; non est de iure naturæ primo mó, sed secundo modo, ut patet supra, & circa illa bene cadit dispensatio, etc.

Obiectio Verum ad hoc fortius dubitatur, quia in ueteri **tertia.** lege cōcedebat libellus repudii, ut patet Deuteron. 24. ca. & Malachi. 2.ca. & uxores repudiatae poterant transire ad secunda uota, & nūc etiam uidetur, q; liceat, sicut patet dist. 34. Si cuius, etc. ubi dicitur, q; si in clericatu marito cōstituto uxor adulterauit, dato repudio eam dimittere debet, ergo uidetur, q; matrimonium

Respon- sit solubile.

fio quo. **C** Respondeo secundum Sco. 33. dist. 4. primo modo li- quantum ad legem ueterem, q; licebat tunc re- cebat re- pudiare uxorem, nec peccabant, & ratio est, quia pudium.

tunc

tunc Deus dispensauit, q; cōtractus matrimonii fieret ad tempus, donec s. uxor esset gratiosa ui- ro, & hoc rationabiliter, ut scilicet uitaret maius malum. s. uxoricidium, quod est maius malum, q; ista dissolubilitas, inde dicit Sco. q; matrimo- nium in lege Mōsaica erat secundum quid, & non simpliciter, uel si simpliciter, erat etiam in- dissoluble, nisi legislator dispensaret, potuit aut Deus hoc facere, quia ipse fuit cōditor legis. **C** Si dicas, q; hoc nō uidetur uerū, quia Matth. 19.ca. Christus dixit phariseis. q; ad duritię cor- dis eorum Moyses permisit repudium, ergo non fuit Deus, & ex consequenti tunc peccabat, qui hoc faciebant.

C Dico, q; Christus uoluit dicere, q; durities, & intractabilitas illius populi, qui erat durę cerui- cis, fuit causa, ut Deus dispensaret, quia utilius fuit dispensare, q; nō, & hoc propter uxoricidiū, perturbationes, & lites inter parentes, & cognati, quę poterant euenire, si uxor fuisset inter- fecta. Cum autem dicit, q; Moyses permisit, nō intelligitur tanq; illicitum, quia tunc permisisset illos ire ad damnationem, sed permisit. i. nō pra- cepit, nec consuluit, nec approbavit, sed tanq; ex quadam necessitate licitū, scilicet propter uxo-

K



ricidium, non prohibuit, & ideo non erat illici-
tum, licet fuisse minus utile, q̄ eius oppositū,
scilicet non dimittere ipsam.

¶ Et quod dicitur, q̄ Moyses permisit, & non
Deus sensus est, q̄ Deus non immediate præce-
pit hoc Moysi inter alia præcepta sic, q̄ scribe-
rentur, quia relaxationes pertinētes ad industria
humanam (ut dicit Sco.) Deus non ita uoluit
ponere in scriptura tanq̄ a se prolatas, sed sicut
a seruis suis, & ideo magis tribuit hoc Moysi,
q̄ Deo, propterea dixit, Moyses permisit.

¶ Vel aliter, q̄ Moyses permisit scilicet tamq̄
præco, & proclamator legis diuinæ, & sic pater
quantum ad legem ueterem.

Sed quātuī ad legem Euangelicam dico, q̄ re-
pudium Mosaicum non licet, sed ipsum reuo-
cauit Christus Matth. 19. & tantum concedit
dimissionem uxoris propter adulterium, ut
patet in eodem ea. & i. Cori. c. 7. ista autem di-
missio est tantum quantum ad thorū, & ha-
bitationem, sed non, q̄ uir possit aliam ducere,
& sic intelligit illa autho. dist. 34. Si cuius, etc.
Sed adhuc cōtra hoc dubitatur, quia (ut habet
Esdræ primo c. 10.) Esdras fecit abiicere omnes
uxores alienigenas a filiis Israel fidelibus, & tñ

illa erant matrimonia, & fuerunt soluta, ergo
matrimonium uidetur solubile. Respondeo, q̄
illa matrimonia erant nulla eo, quia contracta
fuerant contra Dei prohibitionem, quæ habet
Deuteron. c. 7. ubi dicitur, non inibis cum eis
fœdus, nec misereberis earū, neq; sociabis cum
eis coniugia, etc. unde sequitur, quod illa matri-
monia nō tenebāt, ideo fuerunt soluta, uerū tñ
matrimonium omnino insolubile est, ut patuit.
Secunda conclusio principalis est, q̄ mortua uxō. Secunda
re alicuius uiri potest Papa dispensare, ut acci-
piat eius sororem, uel germanam, & sic de aliis
gradibus affinitatis. Ratio autem huius conclu-
sionis est secundum Sco. ubi supra, quia isti gra-
duis affinitatis impedientes non sunt a iure di-
uino in lege noua, sicut etiam patet ab August.
15 de ciui. c. 16. ut diximus supra, sed a iure po-
sitione humano, & ex statuto Ecclesiæ, & ideo
Papa, sicut condidit, ita potest etiam relaxare.

¶ Confirmatur, quia secundum Franciscum de
maironis affinitas in quocunq; gradu in primi-
tiua Ecclesia nō impediebat, & hoc, quia adhuc
non erat conditum ius posituum, sed nunc
impedit, quia conditū est ius positiuū tale, ergo
non impedit, nisi ex statuto iuris positivi hu-

K ii



mani, supra quod Papa habet potestatem, ergo
concluſio noſtra uera.

¶ Confirmatur etiam ſecundum eundem Fran-
ciscum, quia Papa diſpensare potest in conſan-
guineis germanis, cum hoc (ſecundum iſum) ſit
de nouo iure poſitiuo Eccleſiae, ergo multo for-
tius in affinitate etiam primi gradus diſpensare
potest.

¶ Correlariū ſequitur pro quaſito principali,
q̄ Papa diſpensare potest in primo gradu affini-
tatis, etc.

Tertia
cōcluſio. Tertia conſluſio principalis, mortuo uiro ali-
cuius uxoris potest Papa diſpensare, q̄ frater ui-
ri mortui accipiat eius uxorem relictam, ſic & de
fratre germano dicendum eſt, hęc conſluſio pa-
tet ex rationibus ad ſecundam conſlusionem.

Quarta
cōcluſio. Quarta conſluſio principalis, uxore uiiri uiue-
te potest Papa in notabili caſu, ex rationabili
cauſa, & urgente neceſſitate diſpensare, ut & ui-
r possit aliam ducere uxorem, non tamen dimit-
tendo primam, Ratio autem huius conſluſio-
nis ſumitur a Sco. 26. & 33. diſt. 4. q. i. quoniam
in ueteri lege fuit facta talis diſpensatio, ſicut
patet Gene. 30. de Jacob, & ca. 16. de Abrā, qui
habuit simul Sarrah, & Agar, & Cethuram, & 2.

regum cap. 5. de Dauid, eo, quia maius bonū p-
ueniebat ex reuocatione huius legis de unitate
uxoris, q̄ ex eius obſeruatione, ſi ergo nunc etiā
ſic contingeret, in caſu hoc non eſlet illicitum,
ſcilicet habere duas uxores, unde, ſi contingeret
caſus, q̄ per bellum, uel cladem, uel peſtem n ul-
titudo uirorum periret, & multitudine mulierū
remaneret, poſſet tūc unus habere plures uxo-
res, ſic etiam uidetur dicendum ſi magna neceſ-
ſitas aderet, puta amissio regni, uel magna di-
ſcordia potentatiū ſine periculo non ſedanda,
& huiuſmodi.

¶ Et confirmatur, quia bigamia (ut dicit Fran-
ciscus de maironis) nullibi in lege noua legitur
exprefſe prohibita, niſi forte a Paulo prima ad
Corin. ca. 7. & 2. ad Cori. ca. 11. ubi dicit, Despo-
di enim uos uni uiro, etc. ideo d. Franciſcus, q̄
hoc uidetur eſſe tradditū ab Apoſtolis, & Ec-
cleſia prohibet bigamia tanq̄ tradditū ab Apo-
ſtolis, ſed Papa (ut inq̄t Ricca. 28. diſt. 4.) po-
tentia diſpensare cōtra ſtatuta Apoſtolorum quorum
cunq; etc.

¶ Sed contra arguitur, quia Matth. 19. dixit
Christus, erunt duo in carne una, per hoc uide-
tur, q̄ reuocauerit diſpensationem de pluralita-



te uxorum factam in ueteri lege.

CItem dictum est supra, q̄ dispensatio fit tantum ab eo, qui condidit legem, sed Deus hoc fecit, ergo Papa non potest dispensare.

CItem tertio unitas uxoris uidetur, q̄ sit de lege naturę, ut patet Gene. 2. erunt duo in carne una, ubi Deus secundum Sco. legem naturę de unitate uxoris expressit.

Respondeo, q̄ bigamiā esse licitā stat dupliciter, uno modo ex parte commutantium scilicet uiri, & uxoris.

CAlio modo ex parte Dei (& uoco hic bigamū hominem habentē simul plures uxores) primo modo fuit licita in ueteri lege ex hoc, quia contractus matrimonii ordinatur primo ad bonū prolis, ut ad finem principalem, & ad uitandam fornicationem, ut ad finem minus principalem, & quia recta ratio dictat, q̄ magis curandum est de fine principali in casu, q̄ de minus principali, & cum bonum prolis sit finis magis principalis, ideo secundum rectam rationem uir, & uxor sic debent commutare, ut commutatio plus ualeat ad pcreationē prolis, q̄ ad debitū reddēdū, nā, si poneretur casus, q̄ non essent, nisi duo uiri, & quasi infinitę mulieres, constat, q̄ recta ratio di-

staret uiris genu humanum multiplicare quā tum possent maxime ad cultum Dei, & sic eis dictabit recta ratio habere plures uxores, & sic uidetur, q̄ hoc non sit contra ius naturale, & forte hanc intentionem habuerunt filii Loth. Genef. 19. cap. cupientes seruare semen patris sui, & multiplicare generationem suam, cū nullus uirorum remansisset in terra, ut potuisset intrare ad eas iuxta morem uniuersę terrę propter consumptiōnē Sodomae, & aliarum ciuitatū. Ad propositum, quia ergo tunc erat paucitas hominum ad cultum Dei, ideo fiebat ista commutatio corporis uiri pro pluribus uxori bus, quando n. est ualde necessarius finis principalis, tunc (secundum Sco.) negligendus est finis minus principalis, & sic erat iustitia ex parte commutantium, sic etiam & nunc in lege euangelica eiset dicendum in casu necessario, q̄ scilicet liceret ex parte commutantium.

CSecundo modo etiam in ueteri lege erat licita, quoniā Deus (ut dictum est) dispensauit ex rationabili causa, ideo non peccauerunt antiqui Patres plures habendo uxores, non tamen est uerum de omnibus, quia de Lamech tenet Sco. q̄ peccauit mortaliter, unde in scriptura dicitur



adulter, ut patet per glossam Gene.4.ca.

Contra Sed dubium est, an sit licita secundo modo nunc in lege nostra, & dico, quod non est licita universaliter, si tamen casus necessitatis eueniret, dico cum Sco. quod liceret ex parte cōmutantium, & non deficeret nisi approbatio diuina, quae tūc in illo casu fieret, & forte Ecclesiā specialiter revealaretur, & sic Papa posset facere, sine tamen approbatione diuina nullo modo fieri posset, & si fieret inaniter, & frustra fieret, ideo Papa, nisi sit certus de approbatione diuina, non debet tentare hoc facere, quia exponeret se periculo animi, nedium corporis, & factum pro nihilo habetur, ualde enim caute in hoc est procedēdum, ne ira altissimi prouocetur. Quare nec uir sic habens plures uxores ex facto Pontificis tantū esset tutus in conscientia, & hoc modo intelligitur cōclusio posita. Ad rationes ergo ad primam, & ad secundam patet per p̄dicta, ad tertiam dico, quod unitas uxorū est de lege naturæ secundo modo, ut patet in dist. superius posita de mente Scoti, & circa illa bene cadit dispensatio, Sed adhuc dubitatur, quoniam dicitur prima ad Corinth. c. 7. quod uir potestatem sui corporis non habet, sed uxor, similiter nec uxor potestatē

sui.

sui corporis habet, sed ipse uir, ergo non licet uiro diuidere carnem suam cum multis mulieribus, sed tenetur seruare fidelitatem uxori sue, quod tamen non fieret, si conclusio esset uera. Respondeo, quod uerum est, quod dicitur, & ideo homo non dictante recta ratione, quia necessitas non urget, & authoritate propria non debet contrarium facere, & sic debet fidelitatem uxori, salua tamen uoluntate superioris s. Dei, sed quando recta ratio dictaret, & esset ibi authoritas superioris, tunc non haberet locum dictum Pauli, quia loquitur tantū primo modo, ut patet, etc. Quinta conclusio principalis, non posset Papa facere, quod una mulier haberet plures uiros, ratio huius conclusionis est, quia contractus matrimonii ordinetur ad bonum prolis, ut ad finem principalem, si una mulier haberet plures uiros, fieret incertitudo prolis. Etiā eadem mulier infra idem tempus non posset impregnari a pluribus uiris. Etiam & tertio matrimonium magis est propter officium, quam propter remedium, & sic ad officium magis unus homo sufficit pluribus mulieribus, quam e conuerso, licet quo ad remediuū magis una mulier sufficiat pluribus uiris. Sed contra conclusionem arguitur, quia, si propter

Quinta
cōclusio.



multiplicandum populum ad cultum Dei (ut patuit supra) dispensatum est aliquando, ut unus haberet plures uxores, eadem ratione dispensari potuit ut una mulier haberet plures viros maxime, quando ille, quem habebat, non poterat generare propter frigiditatē, uel aliam causam, & sic perdebat cultus Dei in illo, tum etiā quia illa mulier uolebat fieri mater, ne subiaret maledicto opprobrii, erat . n. sterilis in lege maledicta, licuit ergo ppter hoc dispensare, ergo etiā & nunc in casu. Dico secundum August. de bonis coniugii, q̄ non est simile de viro & muliere propter multas causas. Prima est dignitas sexus, unde vir est caput mulieris, nō ecōtra. Secunda ordo pacificus dominii, quia magis pacifice unus dominatur pluribus, q̄ duo uni, in de Philo. 12. met. t.c. 56. dixit, unus ergo Princeps, sicut Scotus. 2. d. st. primi. q. 3. optime deducit. Tertia est fœcunditas, quia plus potest unus homo fœcundare, q̄ plures mulieres pare, re, unde Augu ait, q̄ si mulier haberet duos, cum unus sufficiat eam fœcundare, alium haberet propter libidinem, unde magis meretrix, q̄ uxor diceretur. Quarta est ppter sacramentū, q̄ matrimonium est sacramentum spiritualis con-

iugii, in quo nō est, nisi unus spōsus. s. Christus. Ratio ergo nō ualeat, q̄a pcedit, ac si ples esset totum bonū in matrimonio, qđ nō est uerum. Martinus aut̄ Lutherus in opere suo nefido de captiuitate babylonica, sed magis de captiuitate suę aīz, & uiriū eius nō acceptat alios gradus phibitios in matrimonio, ppter illos, q̄ dicti sunt, & hñtur Leuit. 18. alias aut̄ phibitiōes dicit ēē trad ditiōes hoīum, sed hō nō hñit ius leges tales cōdēdi, qm̄ christianis p Christū libertas donata ē sup oēs leges hoīum, & sic secūdū ipm p3, qđ ēē dicēdū ad quēsitū principale. Verū, cū hæc dicātur ab ipso in libro de captiuitate, nolo in hoc captiuari, sit ipse captiuus, & tequaces eius, sunt n. scripta sui uolūtarie dicta, & nulla rōne salte apparēti fulcita, qđ n. ait, q̄ hō habet libertatē sup oēs leges hoīum, hoc nō probat, sic n. nō oporteret obedire ne dū Papę, sed nec etiā Imperatori. Ad illud, qđ ait, q̄ hō nō habuit ius cōdēdi, tales leges, dico, sicut Phi. dixit primo phy. te. com. 8. q̄ nō l3 disputare cōtra negātes prima principia in sciētia, sed oportet disputātes (ut d. in lib. Et lechorū) couenire in terminis, est aut̄ nobis tanq̄ principiū manifestū suppoltum in ista q̄stione, Papam habere supremā potestatē,

L. ii



& esse supremū Principē in ista hierarchia ma-
xime, quantū ad potestatē regiminis, quā habuit
beat⁹ Petr⁹ a Christo bñdicto, & successiue cæte-
ri Papæ hñt, p3 hoc Matth. 16. & 17.ca. & Ioānis
primo, & ultimo ca. in quibus patet Papā habere
præminentia, & presidētiā super alios, ideo non
oportet in præsenti q̄stione arguere cōtra ipsum,
sed de hoc forte alias erit sermo. Relinquat ergo
tanq̄ pseudo propheta, hæc de. 2. ar. principali.

Tertius Quantū ad tertiu articulū sit conclusio respō-
articulus salis, qn q̄rif, utrū Papa possit dispēsare in pri-
principa- mo gradu affinitatis, distingo ul' de affinitate se-
quente matrimoniu, ul' p̄cedente. de prima nō
oportet, q̄ illa nō impedit, sed bñ secūda, q̄ est p̄-
cedens, & tūc adhuc distingo, qm uel utroq; cō-
iuge uiuēte, & sic dico, ut dictū est in. 4. cōclu-
uel altero cōiugum mortuo, & tūc dico, ut supra
dictū est in. 2. & 3. cōclusiōibus, & h̄c sufficiat de
articulis. Ad rationē ergo ante oppositū, cū di-
citur Leuitici .18. prohibet a Deo primus gra-
dus affinitatis, dico, q̄ illa phibitio fuit secūdū
qd, & nō simplē, ut supra patuit. Si aut̄ nūc im-
pedit simplē, hoc ē ex statuto Ecclesi⁹, ut dictū ē.
C Item debemus seruare phibitiones factas in
noua lege a Christo, sed in noua lege nō inue-

nīt a Christo, nisi phibitio legis naturæ, & non
Mosaic⁹, sed in lege naturæ affinitas nō ipedie-
bat, immo nec cōsanguinitas, de q̄ magis uidet.
C Itē nec Christus explicite cōfirmauit in lege
noua illas phibitiones in lege Mosaica, ergo ad il-
las nūc nō est attendendū, hæc omnia habita sūt
supra in corpore quæstionis, & sic totius quæstio-
nis sit finis ad laudē, & gloriā oīpotēris Dei, eius-
q; intemeratæ M̄ris, & oīum Sanctorū Amen.
Ex quibus oībus pōt poni uerissima conclusio
indubitata fide tenēda pro origine, & fundamē-
to quæstionis. s. q̄ Iulius secūdus Pon. Max. po-
tuit dispensare in prædicto matrimonio inter
Sere. Regem Angliæ prædictū, & Illust. D. Cath.
ut sine cōsciēti⁹ scrupulo fuerit, & sit uerū ma-
trimoniū, & indissolubile, q̄ pp sic inseparabilē
usq; ad mortē corporalē perseveret oportet, etc.
Hæc igitur sunt (Comes Illustriss.) qua sparsim
ab excellentissimis uiris, & eruditissimis Doctori-
bus dicta, quantum nostris licuit uiribus, in unū
collegim⁹ ad tollēdā oēm hui⁹ cōtrouersi⁹ ambi-
guitatē, ut tibi Dño tā munifico morē gererem⁹,
in qbus qđcūq; bñ, & limate dictū fuerit, Deo
Opt. Max. a quo (ut inqt Iacobus) oē datū op-
timū, oēq; donū perfectū est, primo tribuere di-



gnoris, & ite predictis citatis Doctribus. Siqd
autem male emissum fuerit, me tamen ignoratia im-
putare, & iudicio proborum virorum corrigere
curabis, homo n. sum, & defectibilis, ideo corre-
ctioni & Ecclesie, & doctorum libenter me sub-
iiciam. Vale, & in his non minus candore, devo-
tionemq; animi, q; eruditionem perpendito no-
stri memor.

FINIS.

Eligii ex Regibus Panhormii
in inuidū contemptorē Endecas.

Paruum ne fore cogita libellum,
Quod detur tibi lectitare ocellis
Haud fessis, emere & q; cre paruo,
Languenteis miseratus est ocellos,
Atq; Author loculos male ominatos,
Afflictis ut opem, h̄c sitantibusq;
Phœbo oracula certiora ferret.

Ad Libellum de Tutaillæ
insignibus contra depictis.

Palladis ut clypeo uicit fera Gorgonis ora
Perseus, hoc rabidos uince Libelle canes.



TOVTES VILLES.



**Impressum Neapoli per Ioannē Sultzbachiū,
& Antonium de Iubenis, Anno Dñi
M. D. XXXI. Die Secunda
Septembris**



VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA

GREDOSUSAL